Zum ſiebenden / vnd auff die ſiebende Frage ſprechen wir / hat ſich offtgenanter ewer Vetter / in groſſe Bürgſchafft eingelaſſen/vnd dafür ſein Lehngut hypothecirt : do nun jhr/als der Lehensfolger/ in ſolche Verpfändung gewilliget ; ſo weret jhr berührte Schulden / auß dem Lehen abzutragen pflichtig : vnd hinwider / von den Land-Erben / einige Erſtattung zufordern nicht befugt ; Alles von Rechts wegen, zu Vrkunde, mit vnſerm Inſiegel verſiegelt.

Churfürſtliche Sächſiſche
Schöppen zu
Leipzig/ꝛc.

CONSILIVM LXIX.

Quæſtio.

Num reditus annui, Pechte vnd Zinß / *pro re feudali, vel allodiali cenſeantur?*

SVMMARIA.

1 Species facti proponitur.
2 Sententia, ex Senatu prudentum, Appellat. Cæſar. Prag adducitur.
3 De annuis reditibus videatur remiſſivè.

CASVS.

AN † meines Vettern A. ſeeligen Verlaſſenſchafft/haben vnter anderem/etliche Pechte / vnd Erbzinſen/an Gelt/vnd Getreidiche/auff etlichen Bawern zu Marckersdorff hafften / ſich befundẽ ; ſind auch darvber zwene Lehnbrieffe verhanden : worvber/ zwiſchen den Landerben/vnd mir/dem Lehen-Erben/ Streit vnd Irrung vorfellet : 1

Erſtlichen/ ob dieſe Pechte / Erb oder Lehen ?

Zum andern/wen me die Pechte zuſtändig / welche vor vnd nach/meines Vettern tödlichen Abgang betaget vnd ſelbig worden ?

Hierauff wird gebetten / durch einen Beſcheidungs-Spruch ſich deß Rechten zuberichten. Signatum 14. Martij Anno 604.

N N.

Vrthel † hierauff. 2

Wir Rudolff/ꝛc. wo ſern/ꝛc. So weren die Pecht vnnd Zinß/ſo die Bawren zu Marckersdorff an Gelt/vnd Getreidicht zureichen ſchuldig/für Lehn zuhalten / vnd dieſelben dem Conſulenten, als Lehenserben zugehörig ; von Rechts wegen. Prag den 19. Martij am 1604. Jahr.

Keyſerl Appellation Præſident
vnd Räthe.

De annuis † reditibus, vulgò Zinße oder Pechte / an inter mobilia vel immobilia computentur, præſcribantur, &c. *Vide*, Iohan. *Koppen deciſ.* 24. *Modeſtin. Piſtor. volum.* 1. *conſil.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 14. *Conſultat. Saxon. part.* 2. *de ſucceſſ. & ultim. voluntat quæſt.* 23 *volum.* 1. *& vol* 2. *part.* 2 *de contractibus. quæſt.* 7. *fol.* 56. *Ioan. Niel. in diſputat. feudal.* 3. *theſ.* 2. *in princ.* 3

CONSILIVM LXX.

Quæſtio.

Teſtamentum ad acta per procuratorem, ſive mandatarium delatum; an de jure firmum & validum ſit?

SVMMARIA.

1 Species facti.
2 Fratri præterito non competit querela inofficioſi.
3 Mortis cauſa extraneo licet donare, fratre vel ſorore invitis.
4 Privilegia interpretanda; ut habeant effectum, atque ut addant aliquid iuri communi.
5 Teſtamentum ad acta in formalibus ſubſiſtere dicitur, ſi illud teſtator ipſe exhibeat, vel per alium offeratur.
6 Solemnitas conſuetudinaria, reliquis concurrentibus, ſufficiens eſt, cum curia intelligat iura.
7 Error iudicis, ſive imperitia teſtatoris, facit ius.
8 Error populi multò magis ius facere dicitur.
9 Feudum dare, & accipere licet per procuratorem.
10 Beneficiis Principum non gravari, ſed iuvari oportet eos, quibus illa ſunt conceſſa.
11 Donatio mortis cauſa, vel alia quælibet voluntas ultima, coram quinq; teſtibus explicita, omninò valet.
12 Voluntas ultima valet, etiam coram quinque teſtibus ſaltem fortuitò collectis.

13 De-

13 Donationis inſinuatio, judici poteſt fieri per mandatarios, dummodò conſtet de voluntate donantis.

14 Frater non habet querelam inofficioſi, contra teſtamentum fratris niſi fortè turpis perſona fuerit inſtituta.

15 Mortis cauſâ, donare licet, fratre vel ſorore invitis.

16 Teſtamentu major fides accedit, quod vivo teſtatore, publicatum eſt.

17 In dubio ſemper tenenda opinio, per quam voluntas ultima defenditur.

18 Pro teſtamentis conſervandis multæ leges latæ ſunt.

19 Leges maximè certas, & jus finitum eſſe præſtat.

20 Quod dicitur, teſtamentum apud acta non poſſe condi, per mandatarium teſtatoris, quomodo intelligendum.

21 Teſtamentum per mandatarios, ad acta delatum, jure ſubſiſtit.

22 Omnibus præſtandum, ut libero arbitrio, cui facultas teſtandi competit, ſucceſſorem ſuum, oblatis precibus, poſſit declarare.

23 Ad teſtamentum ſuſtinendum duo teſtes ſufficiunt.

24 Olim etiam, teſtamenta per procuratorem ſive mandatarium ad acta deferre licuit.

25 Idem obtinuit in donationum inſinuatione.

26 Jura juribus conciliandа potius, quam deſtruenda.

27 Feudum per procuratorem licet dare, vel accipere.

28 Teſtamentum apud acta, etiam nullis adhibitis teſtibus, valet.

29 Teſtamentum apud acta, judicatur idem cum eo, quod fit coram Principe, quod ſubſiſtit propter fidem publicam, etiam ſine teſtibus

30 Donationes actis inſinuatæ, non requirunt teſtes.

31 Teſtimonium privatum eſt ſuperfluum, ubi adeſt publicum.

32 Inſinuatio eſt loco teſtium.

33 Inſinuatio judici poteſt fieri per mandatarium, dum modò conſtet de donantis voluntate.

34 Donatio mortis cauſâ, abſenti facta coram actis, etiam ſine teſtibus, jure legali, & fideicommiſſi valet.

35 Dominium rei donatæ, tanquam fideicommiſſum, ſtatim à morte donantis, tranſit in abſentem, velut fideicommiſſarium heredem.

36 Hodie, tam inter vivos, quâm mortis cauſâ donatio, ſolo cõſenſu, & nudo pacto perficitur.

37 Notarius abſentis loco donationem acceptare, & ratificare poteſt ſine mandato.

38 Legata fideicommiſſis particularibus exæquata ſunt jure novo

39 Legari & fideicommitti etiam ab inteſtato licet.

40 Etiam ſcriptura planè non interveniente.

41 Legatum vel fideicommiſſum debetur, etiam tum, ubi fortè legati vel fideicommiſſi ſcriptura eſt imperfecta

42 Eſt quædam voluntas ultima, generis nomen retinens, & ſimpliciter in ultimæ voluntatis appellatione relinquenda.

43 In ea, non tantum id, quod ſcriptum reperitur, ſed &, quod à moriturо oretenus pronunciatur, attendendum eſt

44 Teſtium numerus, non eſt de formà ſubſtantiali, ſed tantum accidentali teſtamenti.

45 Teſtium adhibitio, ſubſcriptio, & ſi quæ ſunt alia, ad ſolennitatem teſtamenti extrinſecam: non autem ad perfectionem voluntatis teſtantis, pertinent

46 Teſtamentum ſtatim dicitur perfectum, quando teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus aliquibus explicavit.

47 Teſtamentum factum eſſe per teſtes probatur, quam primum teſtator ſuam voluntatem ultimam perfectè aperuit.

48 Teſtamentum coram duobus teſtibus, & presbytero factum, ſuſtinetur ex æquitate Canonicâ.

49 Parochus ſive Presbyter duobus teſtibus æquipollet.

50 Fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate adhuc ſunt, teſtes adhiberi non poſſunt.

51 Legatarijs & fideicommiſſarijs teſtimonium non denegatur.

52 Quod etiam in teſtamento nuncupativo, per teſtes probando, ubi quæſtio eſt inter heredem nuncupatum, & venientes ab inteſtato, omninò obtinet.

53 Teſtes non præſumuntur rogati, niſi probetur.

54 Teſtium rogatio probatur, ſi teſtator, vel alius dixerit teſtibus, quod eſſent teſtes, licet non dixerit, rogo vos.

55 Nihil refert à quo teſtes fuerint rogati, ſed ſufficit, quod unus ab alio, & alter ab alio.

56 Etiamſi in continenti, poſt declaratam voluntatem teſtatoris vocati fuiſſent.

57 Teſtes præſumuntur rogati, ex ſolâ ſubſcriptione, quæ fit ſciente & patiente teſtatore.

58 Forma ſtatutaria, ut potior, ubique attendenda eſt.

59 Oblationi alterii teſtamenti, abſolutiſſimum punctum teſtator impoſuit.

60 Teſtamenti ſubſtantia eſt juris naturalis, immò divini, dt quo in ore duorum teſtium, omnis conſiſtit veritas.

61 Teſtamentum impugnans, ſub prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius ſolennitatis, mortaliter peccat.

62 Teſtamentum coram duobus teſtibus factum, hodie generaliter valet, tam in foro civili, quam Eccleſiaſtico: tam in profanis, quam in pijs cauſis

63 Teſtamentum ex jure & æquitate Canonicâ ſuſtinetur, ubi per ſigna & conjecturas conſtat de voluntate teſtatoris.

64 Ex teſtamento imperfecto naſcitur obligatio naturalis: & relicta debentur, ſi non jure civili, ſaltem jure naturali.

65 Teſtamento imperfecto relictum etiam in judicio animæ, ſive conſcientiæ foro debetur.

66 Poſſidens rem ſibi in teſtamento non ſolenni relictam, tutus eſt exceptione; quia poſſidet rem ſibi naturaliter debitam.

67 Voluntatis defuncti, qui certus eſt, non indiget alio teſtimonio.

68 Etiam in foro Cæſaris, duo teſtes ad probandam voluntatem defuncti ſufficiunt.

69 Teſtamentum etiam nullum, inducit præſumtionem bonæ fidei.

70 Optima eſt ratio illa, quæ pro conſervandâ voluntate ultimâ aſſerendoque teſtamento, aſſumitur.

71 Propter ſummam humanitatem, ultimum velle, quod iterum non redit, debitam.

72 Teſtamenta tuenda propter bonum publicum.

73 Subtilitas, velut perniцioſa, deteſtanda eſt, per quam teſtamenta condita ab his, qui jus condendi habent, ſubverterentur.

74 Nemo præſumitur actum velle inanem condere: & inoliter quid agere, præſertim in te ſeriâ, ut teſtamẽti factio eſt.

75 Teſtamentum in dubio validum, perfectum, & jure confectum habetur, donec aliud in ſpecie doceatur.

76 Excepto teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas, non aliter valet ultima voluntas, quam facta coram quinque teſtibus.

77 Vel ad acta judicis, quæ teſtimonia alia non requirunt.

78 Teſtamentum, per procuratorem actis inſinuari nequit, niſi in conſtitutione procuratoris, ſervata ſit ea ſolennitas, quæ in ultima voluntate requiritur.

79 Judex, vel magiſtratus, vicem teſtium, in teſtamentorum inſinuatione ſupplent, ideoque non minus, ac hi, teſtatorem, præſentē, ut videtur, ad excludendam fraudem neceſſe eſt.

80 Actus, ad cujus ſolennitatem præſentia alicujus requiritur, per procuratorem, aut alium ejus nomine expediri nequit.

81 Intellectus l. omnium, Cod. de teſtament.

82 Teſtes quinque uno & eodem tempore teſtatori præſentes, ad probationem teſtamenti requiruntur.

83 Teſtes illi quinque deponant, teſtatorem viva voce, ſimul eodemque contextu, certò nuncupaſſe heredem, & venientem ab inteſtato excluſiſſe.

84 Teſtamentum dicitur eſſe individuum.

85 Fruſtra aliquid probatur, quod probatum non relevat.

86 Ultimam voluntatem factam eſſe, non ſufficit, niſi probetur legitimè & ritè ordinata, nã ex non ſolenni, nihil debeatur.

87 Donationis inſinuatio, & donatio ipſa per procuratorem, aut alium fieri poſt: & præſentia donatoris non requiritur.

88 Teſtamenta per ipſum teſtatorem fieri, & ab illius arbitrio, non alterius pendere, neceſſe eſt.

89 Donatio mortis cauſâ per procuratorem fieri nequit.

90 Niſi donator in præſentiâ quinque teſtium, mandatum procuratori dederit, & is deinceps itidem coram quinque teſtibus, vel apud acta, donationem expediverit.

91 Teſtamentum an ſtatim dicatur perfectum, quando teſtator ſuam voluntatem, coram teſtibus aliquibus explicavit.

92 Lex juſta, in animæ judicio admittenda eſt.

93 Donatio mortis cauſâ, abſenti facta, etſi non valet ut donatio, ſi tamen adhibiti fuerint teſtes quinque valet ut fideicommiſſum.

94 Solennitas extrinſeca non præſumitur, ſed negata, probari debet, ſaltem per duos teſtes.

95 Radice vitiatâ intelliguntur etiam rami vitiati.

96 Principali exiſtente nullo, omne illud, quod ab eo dependet, & ſequitur, nullum fit

97 Quod per ſe nullum eſt, ſubſequente confirmatione, nunquam convaleſcit, aut vires recipit.

98 Confirmationis tempus non attenditur, ſed confirmati.

99 Confirmatione invalidâ, etiam teſtamentum ipſum invalidum erit, ac nullum.

100 Actus confirmatorius, licet præcedentem non extendat: illi tamen robur addit, ſi eum reperit invalidum.

101 Vitium ſolennitatis confirmatio non ſupplet ſed neceſſe eſt, ut teſtator de novo teſtamentum condat.

102 Ex teſtamento imperfecto, ne quidem Imperator heres inſtitutus ſuccedere poteſt.

103 Ex teſtamento minus ſolenni legata, & fideicommiſſa, efficaciter exigi & deberi non poſſunt.

104 Idem de Codicillis imperfectis obtinere dicitur.

105 Judex juſtè pronuociat teſtamentum nullum, quod caret debitis ſolennitatibus: & rectè adjudicat legitimis heredibus hereditatem.
106 Judex à lege divinâ habet autoritatem.
107 Lex poſitiva, præter jus divinum, ſolennitates teſtium teſtamentis addere potuit.
108 Reipublicæ inde benè conſultum eſt, ad tollendam materiam peccandi, quæ facilè emergeret, remotis ſolennitatibus.
109 Ex teſtamento imperfecto, ne quidem naturalis oritur obligatio.
110 Ex obligatione naturali non oritur exactio efficax, quamvis ſoluti repetitionem impediat.
111 Frater heredis inſtituti nequit eſſet teſtis in illo teſtamento.
112 Sententia Appellat. Cæſar. pro Actore lata.
113 Sententia contraria pro Reo.
114 Alia ſententia pro eodem, ad tranſmiſſa acta.
115 Sententia Jureconſultorum in Academiâ Lipſienſ.

FACTI PROPOSITIO.

1 ES † hat A. ein Landſaß / im Fürſtenthumb N. ſeinen letzten Willen bey gehendem Leibe mit eigener Hand / Summariſch auffgezeichnet. darinnen vnter andern legaten, vnnd Verordnungen zubefinden / daß er ſeinen Bruder B. mehr nicht / als 150. Thal. legiret. Wem er aber ſein Gut laſſe / iſt zwar in ſeiner Handſchrifft nicht vermeldet / ohne Zweiffel darumb / ſicut aliàs ultimæ voluntates ſunt ambulatoriæ uſque ad mortē, Daß er im dieſe Freyheit auch vorbehalten. Er hat ſich aber nicht allein einhellig / allwege zuvor vernehmen laſſen / daß nach ſeinem Tode C ſein Vetter / ſein Gut haben ſolle: ſondern auch den 9. Octobris Anno 1600. in beyſeyn ſechs Manns Perſonen; wie auch ſeines Weibes vnd Schweſtern / gleichfals dahin erkläret; vnnd auß ſeiner ſummariſchen Handſchrifft / durch ſeinen Pfarner / ſeinen letzten Willen zu Papir verfaſſen / vnd durch drey / im ſelben Fürſtenthumb belehnete Zeugen / als D. E. vnd F. ſiegeln auch / wie ſonſt dort gewöhnlich / damit die Eventualis traditio, alsbald mit Aufflaſſung vnd Belehnung dem donatario, oder legatario, würcklich erfolgen möchte / ſolchen letzten Willen / oder Vbergab dem Königl. Ampt fürbringen laſſen.

An den materialien nun / dieſes letzten Willens iſt gar kein Zweiffel / vnd ſeyn dieſelben beyder Theils in confeſſo, vnd vnvermeinlich: Dieweil erſtlich einem jeden frey ſtehet / beſonders in der queſtione (wo der / ſo Verordnung macht / weder Kinder noch Eltern hat) ſein Gut zugeben / wem er wil: alſo / daß wenn er nach gemeinem Rechten / an Ehren vntadelhaffte oder / Inhalts dieſer Fürſtenthumber Privilegieo belehnte ebenbürtige Adel-Perſonē / zu Erben eingeſetzet / oder jhnen ſonſt ſein Gut gibt / ſo können auch ſeine deß Vbergebers eigene Geſchwiſter ſolches nicht fechten / ob jhn der Vbergeber ſchon keinen Heller noch Pfennig vermacht hette: deßfals auch die vbliche
2 Landes Privilegia, vnd gemeinen Rechte gezogen: tum, † quod fratri præterito, de jure communi non competit
3 querela inofficioſi. *l. 3. 4. C. de querel. inofficioſ.* tum, † quod mortis cauſa donare licet etiam extraneo, etiam fratre, vel ſorore invitis, *ut eſt textus ſpecialis in l. penultim. C. de mort. cauſ. donat.* Vnnd wird gewißlich kein Fall in dieſen Fürſtenthumbern mit Beſtande anzuziehen ſeyn / daß ein Bruder dem andern hette ſollen die Hände binden / oder ſeinen letzten Willen; Wenn er jhm nicht ſo viel / als jhm gefällig / gelaſſen hette / vmbſtoſſen können. Ja wann ſolches in gegenwertigem Fall geſchehen ſolte / würde dadurch die in den privilegien freygelaſſene macht / mit dem ſeinen zuthun vnd zulaſſen / mercklich geſchmelert werdē:
4 cum † tamen privilegia ita ſint interpretanda, ut effectum habeant; & ne fiant eluſoria: *c. ſi civitas. de ſentent. excom in 6. c. inter dilectos. de fid. inſtrum. Parſ. conſ. 70. num. 4. volum. 1.* atque, ut addant aliquid juri communi: *cap. in his de Privileg. Parſ. conſil. 12. num. 182. volum. 2.*

Vers ander / ſo hat auch / der Bruder B. ſelbſt / der 150 dieſen letzten Willen ficht / für dieſem / einen letzten Willen gleichsfals gemacht / denſelben ad acta fürbracht / vnd aber darinnen / ſeinen Bruder A. von deſſen ultima voluntate jetzo der Streit iſt / nicht mehr / als 20. Thal. vermacht. Vnd ob er wol ſeithero fürgegeben / es were nicht im Ernſt geweſen: ſo iſt es doch alſo ohn Bedingung damals von jhm geſchehen / vnnd wann der caſus in converſum ſich begeben / vnd er zuvor geſtorben / (wie er dann ſo wenig / als ein ander Menſch Bürgen vor den Tod gehabt /) ſo hette A. ſein Bruder damit auch zufrieden ſeyn müſſen. Nun ordnen die Rechte / was einer jhm ſelbſt gegen einem andern Recht zu ſeyn belieben leſt / daß er daſſelbe einem andern / wider auch billich paſſiren vnnd recht ſein laſſen müſſe. Vnd ſonderlich / weil die Landſaſſen im Schweidniſchen / tam ſuper feudis, quam allodialibus dermaſſen ſtadlich / von weiland König Vladislao privilegiret ſeyn / daß ſie vor jederman frey / vnd vngehindert das ihre, wem ſie wollen / vergeben können: Allein / diß iſt dabey conſuetudine eingeführet / daß die donationes, oder legata immobilium, tranſverſalibus facta, allweg / vor der Lehenshand / oder dem Königl. Ampte müſſen vorbracht / allda die Aufflaſſung gethan / vnd von dem donatario, oder legatario ſelbſt / oder jemand ſeinet wegen / in die Lehen empfangen werden.

Nun entſtehet der Streit allein darüber / ob dieſer letzter Wille Vbergab / oder Vermächtnüß / in formalibus, ſive ſolennibus kräfftig: vnd ex quo capite er am beſten zu ſalviren ſey. Zwar / iſt man der Meinung anfangs geweſen / vnd zum Theil noch / daß es / als ein letzter Wille / ad acta gemacht / wol beſtehen könne. Denn ob ſchon der teſtator nicht ſelbſt vorm Königl. Ampt erſchienen: noch das Ampt ſo bald erreichet werden / vnd zu jhme ins Hauß abfertigen können: quorum † alterum aliàs requiri, ut 5
teſtamentum ad acta in formalibus ſubſiſtere dicatur: *tradit prolixè Pantſchman. lib. 2. quæſt. cap. 23. Dan. Moller. lib. 1. Semeſtr. ca. 5. & ad conſtitut. Saxon part. 3. cap. 3.* So hat es doch allhier im Schweidnitzſchen dieſe particular Beſchaffenheit; Daß wenn ein letzter Wille darinnen einem tranſverſali Grund vnd Boden gegeben wird / ſchon vor tauſent Zeugen volnzogen / vnd noch ſo viel ſolennia adhibiret, gleichwol derſelbe nicht ehe / vnd zuvor kräfftig were / es haben dann das Königl. Ampt denſelben beſtetiget: vnd ſein ſpecialiſſima exempla vorhanden: Daß ultimæ voluntates, etiam à ſeptem teſtibus ſigillatæ, & omnibus ſolennibus juris communis abundè inſtructæ, nichts weniger dem Keyſerl. Ampt / auch abweſend deß teſtatoris vorbracht / vnnd von demſelben bekräfftiget worden: wie dann in ſpecie, deß alten Hanſen von Budaw / zu Eiſersdorff Teſtaments exempel in originali alſo zu produciren.

Vnd vber diß alles kompt in gegenwertiger facti ſpecie ſpecialiſſima, auch noch dieſes darzu / daß der Hauptman / als Officialis regius, dieſen letzten Willen / oder Vbergab / davon der Streit iſt / angenommen / vnd für ordentlich / oder genugſam erkañt / auch darauff alsbald / in eventum, deß Todfalles / die Lehn gethan hatt: wie diß nicht allein der letzte Will / oder Vbergab, ſondern auch die Ampts recognition, vnd darauff gefertigte Lehnbrieff / beſagen thut: Welche Stück / als das principal Weſen ja billich zuerwegen. In welchem allen denn auch dieſes kompt / daß wenn ſchon den Fall zuſetzen / einiger Mangel / an den extrinſecis ſolennibus geweſen / daß ſolcher doch eben hierdurch auffgehoben / vnd erloſchen / in dem der vollmächtige Hauptman / ſolchen letzten Willen / als ordentlich / vnd kräfftig angenommen; da doch billich von jhme / wann je ein Mangel geweſen were / hette erinnert werden ſollen; welches aber im wenigſten nicht geſchehen: unde † 6
ſolennitas, ſaltem conſuetudinaria, reliquis concurrentibus, ſufficiens fuiſſe præſumitur. Cum Curia intelligat jura; de quo *Boer. deciſ. 21. num. 17. &c,* † error judicis, 7
ſive imperitia teſtatoris, facit jus: *ut eſt textus expreſſus in l.*

ſupelle-

ſupellectilis. 3. in fi. ff. de ſupell. legat. l. addictos, 29. C. de appellat.
l. 1. C. de err. calcul. l. ſervo. §. cum prætor. ff. ad Trebell. quod
8 † multo magis eſt in errore populi: *per text. in l. Barbarius*
Philippus. 3. ff. de offic. Prætor. Govean. 1. lect. 6. Gabriel. 1. de
probat. 8.

Nun hatt aber biſʒher nicht allein das Kayſerlich
Ambt / ſondern auch die Landeſaſſen ſelbſt dafür gehal-
ten / daſʒ zubeſtettigung eines letzten willens oder vbergab /
nicht eben von nöten ſey / daſʒ das Ambt / vnd der Teſtator,
oder Donator in uno loco beyſammen ſein dörffen: Son-
dern / es ſey gnug; wann ein letzter wille / oder vbergabe für
beglaubeten zeugen geſchehe / auch nachmals dem Kay-
ſerlich Ambt fürbracht / vnd von demſelbigen beſtettiget
werde. Solches beweiſet nicht allein in ſimili caſu, deſʒ al-
ten Hans von Bidaw. zu Eiſenßdorff: Sondern auch
dieſes Teſtament / vnd vbergab; vnd die darüber erfolgete
recognition darinnen außdrücklich geſetzet wird / daſʒ
ſolcher letzter will / für ordentlich beſtimmet worden. Et hu-
jus rei optimæ rationes afferri poſſunt ex jure. 1. quod
9 † feudum dare, & accipere licet per procuratorem: *c. v-*
nic. verſ. ſed utrum ipſe vel alius per quos fiat inveſtitura. Ergo,
& talem feudi donationem licet Officiali domini offer-
re per procuratorem: non obſtante, quod feudum ſit
contractus, à contractibus autem, ad ultimas volunta-
tes, regulariter non poſſit argumentum duci affirmati-
ve: quia, huic regulæ locus non eſt, quando eadem ſo-
lennia in contractu, & ultimâ voluntate requiruntur:
Wie in gegenwertigem Falle / darauß vnzweifflich zu-
ſchlieſſen / daſʒ in allen vbergaben / quoad transverſales,
die aufflaſſung vnd belehnung im Ambt erfodert wirdt:
vnd ad illam omittendam, nulla ſolennitas, quocunque
jure requiſita, ſatis valida vel efficax ſein kan. 2. quod
hoc ſequeretur abſurdum, ſi & ſolennibus juris civilis,
& ſimul, traditione coram Officiali Domini feudi, in a-
lienatione feudi opus eſſet, quod Provincialium Duca-
tus Suidnicenſis durior conditio ſit, quam aliorum:
quippe, quos & formam juris communis, & ſimul etiam
ſtatutariam, ſive conſuetudinariam ſervare oporteret:
quo ipſo per privilegium Regis VLADISLAI, de libe-
râ facultate, tam inter vivos, quam mortis causâ alienã-
di parum juvarentur: ſed multo magis gravarentur: cõ-
10 tra regulam, qua dicitur, beneficijs † Principum non
gravari, ſed juvari oportere eos, quibus illa ſunt conceſ-
ſa: *arg. l. beneficium. 3. ibique Dd. præſertim Carol. Tapia ad l. ul-*
tim. ff. de conſtit. Princip.

Auß welchem allem denn hoffentlich nachmals die-
ſer letzter wille ſolle pro teſtamento, vel quacunque alia
voluntate ultimâ, apud acta conditâ, kräfftig erkennet
werden: Vngeachtet / daſʒ gegentheil vntern dato deſʒ 6.
Maij, Anno 1603. Information Vrthel erlanget; Daſʒ /
das in der Frage gemelte Teſtament zu Recht vnkräfftig
ſeyn ſolte. Denn ohne zweiffel weiter nicht alſʒ in termi-
nis juris communis, teſtamenti ſolennis vel nuncupati-
vi gefraget: die weitere particulares, & ſpecialiſſimæ cir-
cumſtantiæ aber vbergangen worden: Welches daraus
auch leichtlich abzunehmen / daſʒ gegentheil / alſʒ jhm / auff
ſein klag ſucceſſionis ab inteſtato, excipiendo objiciret
werden / adeſſe hic ultimam voluntatem, oder eine kräff-
tige Vbergabe, vor der Königl. Lehnßhand geſchehen. I-
taque petitionem ſucceſſionis ab inteſtato, per ſpecia-
lem voluntatem, & donationem defuncti excluſam eſſe,
nichts mehr replicando geantwortet hatt; alſʒ / illam vo-
luntatem, neque eſſe teſtamentum ſolenne, neq; nun-
cupativum: Ergo plane nullius valoris eſſe. Dãneben
hat gegentheil / wieder die Zeugen / vnd die formalia, oder
zierligkeit der Ordnung nach der lenge diſputiret. Aber /
deſſen allen vnerachtet / iſt man doch dieſer beſtendigen
meinung: Wann ſchon / an den ſolennibus qualibuscũ-
que teſtamenti, etwas abgehen ſolte / daſʒ gleichwol / dieſer
A. letzter wille / alſʒ ein Codicill, legat, fideicommiſs, oder
donatio mortis causâ, ſo ein Krancker / vor ſeinem Tode
auffrichtet / vnd der Obrigkeit zubeſtettigen vorbringen
leſt / vberflüſſig beſtehen ſolle: Weil fünff adelicher be-
glaubter Manßzeugen / vnd denn der Pfar / zu N. alſʒ
des verſtorbenen Seelſorger: der auch aus deſʒ donatoris
Concept vnd Munde / ſeinen letzten willen / oder vbergab /
vollendts / in formam extenſam bracht / dabey geweſen /
ſolches geſehen vnd gehöret haben. Welche auch alle mit
einander einhelliglich / eydlich / vnd ohne Eyd / nochmals
geſtehen / vnd bekennen: Daſʒ ſie diſʒ alſo von jhm A. ſelbſt
achöret / vnd vernohmen haben: daſʒ er ſein Gut N. nicht
ſeinem Bruder B. jetzigen Klägern: Sondern ſeinem da-
mals abweſenden Vettern C. (vt verba ſonant, quæ
ſunt communia teſtamenti, fideicommiſſi, legati, do-
nationis) verordnet / vnd vermacht habe. Vnd iſt dem-
nach gleich gnug / vt hæc voluntas, jure Codicilli, fidei-
commiſſi, legati, vel donationis mortis causâ valeat;
daſʒ ſolche vbergab / in beyſeyn fünff vnd mehr Zeugen / al-
ſo geſchehen. Dem dann nichts abbricht, noch nimpt: Ob es
in ſchrifften / oder nicht geſchehen: Sintemal die rechte
klärlich ordnen: Si † quinque teſtibus præſentibus, vel in 11
ſcriptis, vel ſine literarum ſuppoſitione, aliquis volue-
rit mortis causâ donationem facere: &, ſine monumẽ-
torum acceſſione, res geſta maneat firmitate vallata; &
nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc,
quod geſta non acceſſerunt, inefficax eſſe, atque inuti-
lis videatur: & omnes effectus ſortiatur, quos ultimæ
habent voluntates, neque ex quacunque parte, diſſi-
milis eis intelligatur: ut totidem verbis decidit *Juſtinia-*
nus in l. fin. C. de donat. mort. cauſ. & de quacunque ultimâ
voluntate (excepto teſtamento apud acta inter liberos
& pias cauſas) catholica regula traditur: valere † ulti- 12
mam voluntatem factam, ſaltem coram quinque teſti-
bus, etiam fortuito collectis: *l. ultim. in fin. ubi gl. & Dd. C.*
de codicil. Bart. & alij in l. mutu. ff. de legat. 3. Inſinuationem
† verò donationis Judici poſſe fieri per mandatarios, 13
nullibi prohibitum legitur, dummodo conſtet de vo-
luntate donantis: *l. etiam. 4. l. abſenti. 10. ff. de donation.* Auß
welchem allem augenſcheinlich erhärtet wird / daſʒ dieſer
letzter will / alſʒ ein vermechtnüſʒ / fideicommiſs, oder ander
vbergab auff den Todesfall gar wol ſalviret, vnd propter
enixã defuncti voluntatem, ſatis ſuperque probatam, à
prætenſis objectionibus, contra teſtes, & formalia, vin-
diciret werden könne.

Damit aber in den Sachen / vmb ſo viel gewahr-
ſamer / vnd ſicherer gegangen werden möge; Alſʒ iſt iro al-
lein diſʒ die Frage / ob je dieſem letzten willen / an ſeinen
zierligkeiten was abgehen / oder mangeln / vnd derſelbe für
ein Teſtament / apud acta gemacht / nicht beſtehen ſolle: Ob
er dann nicht da fern der fünffte Zeuge N. ſeine gethane
außſage / mit dem Ende wiederholen würde / als ein Codi-
cill, vermechtnüſʒ / vertrawter letzter will / oder vbergab /
auff den Todesfall zu recht kräfftig vnd gnungſam ſey?
Hierüber wird gebeten / ſich des Rechtens zubelernen.
Signatum den 27 Martij Anno 1604.

Deductio juris ad caſum præcedentis quæſtionis.

Frater † non habet querelam inofficioſi, vel a- 14
ctionem ad legitimam, aut ullam aliam, contra teſta-
mentum fratris, niſi turpis perſona à fratre inſtituta fue-
rit: *l. 1. ff. de inoffic. teſtam. pr. & §. ſoror. 5. inſtit. eod. l. fratres. 27. l.*
omnimodo. 33. C. eod. Jul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 50. in pr.
Graſſ. in recept. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 46. Coſtal. ad l. 1.
ff. de inoffic. teſtam. Connan. 9. commentar. jur. c. 9. prolixe Andr.
Fachin. lib. 4. controverſ. 93. Schneidvv. in §. non autem liberis. n.
17. Inſtit. de inoffic. teſtam. Item † mortis cauſa donare li- 15
cet, fratre vel ſorore invitis; ut eſt ſpecialis *textus in l. pe-*
nult. C. de mort. cauſ. donat. confer Hieron. Pantſchm. vol. 2. quæſt.
21. num. 9. & ſeq. manet igitur firmum, fratris prædefun-
cti teſtamentum: eique ſicut alij † cuilibet teſtamento, 16
tanto major fides accedit, quod vivo teſtatore, publica-
tum eſt: *l. publicati. l. teſtamenta. l. conſulta. C. de teſtament.*
Quod † ſi etiam aliquid dubij remaneret tamen in du- 17

bio ſemper tenenda eſt opinio, per quam ultima volun-
tas defenditur: *argum. l. 10. ff. de inoffic. teſtam. Graſ. §. fi-*
deicommiſſum. quæſt. 7. num. 2. late Mantica de conjectur. ult.
volun. tit. 15. num. 1. & ſeqq. vbi vide Roland. à Val. conſ. 81. nu.
18 *42. vol. 1. Cephal. conſ. 138. num. 11.* Et in ſpecie, † lex Iuſti-
niani de teſtamento apud acta condito, ita interpretan-
da eſt, ut juvet teſtamenta; ſicut aliàs Iuſtinianus profi-
tetur, ſe plures tuliſſe leges, teſtamenta adjuvantes: *l. ul-*
19 *tim. C. de poſth. hered. inſtit.* & † præſtat leges quam maximè
certas, & jus noſtrum finitum eſſe: *l. 2. de jur. & fact. ignor.*
Petr. Heig. ad tit. Inſtit. de ſucceſſ. legit. ordi. 3. num. 54. Itaque
20 illa ſententia, quã aſtruunt quidam, teſtamentũ † apud
acta, non poſſe condi per mãdatarium teſtatoris, ſed ne-
ceſſarium eſſe, ut, vel teſtator ipſe magiſtratui, vel magi-
ſtratus, aut alius ab ipſo delegatus, teſtatori præſens ſit,
eſt in ſuis terminis accipienda, ubi nimirum præciſè ſo-
lennia juris communis in teſtamento requiruntur: vide-
licet, in teſtamento ſolenni, quod clauſum magiſtratui
offertur, in cujus inſinuatione: teſtatorem ipſum præ-
ſentem eſſe oportet; quæ præſentia teſtatoris, & judicis,
omnes alias ſolennitates ſupplet, quæ alioquin de jure
communi in teſtamento requiruntur: aliud autem eſt,
in teſtamento nuncupativo, quod apertum à teſtatore,
& duobus, vel tribus teſtibus ſubſcriptum & ſigillatum
per mandatarios teſtatoris magiſtratui offertur: *vide ea,*
quæ notat Daniel Moller. in comment. ad Conſtit. Saxon. part. 3.
cap. 3. Immò, multæ rationes militant pro contraria ſen-
21 tentia; quod nimirum, non minus † valeat teſtamentũ,
ſi per mandatarios teſtatoris, illud ad acta deferatur;
quas rationes vide apud *Hieron. Panſchman. part. 2. quæſt.*
jur. cap. 23. Cujus rei rationem reddunt Impp. Honorius
22 & Theodoſius: quod † nimirum, omnibus præſtan-
dum ſit, ut libero arbitrio cui teſtandi facultas ſuppetit,
ſucceſſorem ſuum, oblatis precibus, poſſit declarare: &
ſtabile ſciat eſſe, quod fecerit: nec inſtitutus heres
pertimeſcat, cum oblatas preces ſecundum VOLVN-
TATEM defuncti, idoneis teſtibus poſſit approbare,
ſi ei alia nocere non poſſunt; ut totidem verbis dicitur in
23 *l. omnium. 19. in fin. C. de teſtament.* & † duos hoc caſu teſtes
ſufficere: *arg. l. ubi 12. ff. de teſtib. ex communi opinione tra-*
24 *dit Clar. d. § teſtamentum. quæſt. 36. verſ. eſt etiam.* Immò, † in
ſpecie, quod etiam olim licuerit per procuratorem, ſive
mandatarium teſtamentum ad acta deferre, clarè appa-
ret ex formulâ antiquâ, quam *ad l. conſulta. 23. C. de teſta-*
25 *ment.* annotavit *Gothofred. lit. B.* Et, † quod idem in inſi-
nuatione donationum obtinuerit; *tradit Godofred. ibid.*
Iam autem nullibi hoc reperitur mutatum: Quod igi-
tur non mutatur, cur ſtare prohibeatur: *per vulgata.* ma-
26 ximè, cum correctiones jurium ſint evitandæ: &, † jura
juribus, quantum fieri poteſt concilianda potius, & ad
concordiam reducenda, quã deſtruenda: *l. unic. C. de inoſ-*
fic. dotibus. l. præcipimus. C. de appellat. c. cum expediat. 26. de e-
27 *lect. in 6.* &, † cum feudum per Procuratorem liceat da-
re, vel accipere, *c. un. ibi. ſed utrum ipſe vel alius. per quos fiat*
Inveſtit. tit. 3. verò perſonam. Feud. 2. Rain. in c. 1. §. præterea.
num. 21. de prohib. feud. alienat. Borch. c. 7. num. 25. VVeſſenb.
c. 8. num. 12. Conrad. Ritterſh. partit. feud. 1. c. 5. num. 23. Ioan.
Niel. diſput. feud. 2. theſ. 2. lit. b. & ſimilia jura, ad uſum fori
28 *quotidianum referendo.* Vnde † ſequitur, hoc teſtamentũ
valere, de jure communi etiamſi nulli teſtes intervoniſ-
ſent: *per l. omnium. l. ſancimus. 27. verb. vel inter acta manife-*
ſtaverit. C. de teſtam. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 24. limit.
18. num. 7. & ſeqq. Cujus rei ratio eſt, quia judicis, ſive ma-
giſtratus autoritas ſupplet teſtium numerum, & tollit
omnem falſi ſuſpicionem, *ut pulcrè docent VVeſſenbec. conſ.*
38. n. 37. Andr. Fachin. lib. 6. controv. cap. 86. Mynſing. reſponſ.
79. n. 8. Schurff. conſ. 71. n. 1. cent. 2. Franc. Viv. in theſaur. com-
mun. opin. lit. t. verb. teſtes non requiruntur. Rick. de unon. prol. cap.
29 *6. n. 36.* Accedit, † quod teſtamentũ corã judice, ſive a-
pud acta factũ, ad paria judicetur cũ eo, q̃ fit corã prin-
cipe, q̃ propter fidem publicam, ſine teſtibus, & alijs ſo-
lennitatibus ſubſiſtit: *ut per d. l. omnium probat Vultius lit. t. verſ. à*
pari procedit. Boër. deciſ. 22. n. 3. Corn. conſ. 200. col. 2. vol. 1. Ruin.
conſ. 135. n. 16. vol. 1. Menoch. conſ. 423. n. 13. vol. 4. Vnde † et- 30
iam in donationibus, quæ actis inſinuantur, non neceſ-
ſe eſt teſtes adhiberi: *l. in donationibus. C. de donat. VVeſſenb.*
in parat. ff. de donat. nu. 6. Bocer de donat. cap. 3. num. 24. Nam
† ſuperfluum eſt privatum teſtimonium, ubi adeſt pu- 31
blicum: *l. 31. C. de donat.* Et † inſinuatio eſt loco teſtium: 32
Graſſ. recept. ſentent. §. donatio. quæſt. 12. &, † ejuſmodi inſi- 33
nuationem judici poſſe fieri per mandatarium, nullibi
prohibitum legitur, dummodò conſtet de donantis vo-
luntate *l. etiam. 4. l. abſenti. 10. ff. de donat.* immò † etiamſi 34
nec nuncius, nec Epiſtola adhibeatur: tamen, donatio
mortis cauſa, etiam abſenti facta valet coram actis, etiã
ſine teſtibus, idque jure legati & fideicommiſſi: *Bartol.*
in l. 1. ff. de donat. mort. cauſ. Dec. conſ. 168. num. 2. in fin. Pariſ.
conſ. 88. num. 98. lib. 3. ubi communem dicit Hartm. Piſtor. lib.
1. quæſt. jur. cap. 13. num. 8. Petr. Heig. quæſt. 33. num. 87. Graſſ.
lib. 1 ſentent. § donatio cauſa mortis quæſt. 9. Rol. à Val. conſ.
82. num. 24. cum ſeqq. vol. 1. Gomez. variar. reſolut. tom. 2. cap.
4. num. 18. Andr. Rauchb. lib. 2. quæſt. 16. vbi plures allegat. In
† tantum, ut dominium rei donatæ, tanquam fideicom- 35
miſſum, ſtatim à morte donantis tranſeat in abſentem,
velut fideicommiſſarium heredem; *l. cum pater. 77. § ſur-*
do. de legat. 2. §. fin. Inſtit. de hered. Inſtit. Andr. Rauchb. 1. quæſt.
32. n. 105. Mich. Graſſ. recept. ſentent. § donatio. quæſt. 15. Ho-
die † enim, tam inter vivos, quam mortis cauſa donatio 36
ſolo conſenſu, & nudo pacto perficitur: *l. ſi quis argentum.*
35. § fin. C. de donat. gl. in l. cum pater. §. Mævio. verb: donabat.
ff. de legat. 2. Graſſ lib 1. § donatio. quæſt. 8. n. 1. Gomez. 2 var. re-
ſol. cap. 4. n. 2. & 16. Petr. Heig. quæſt. 33. nu. 76. Vnde † etiã 37
notarius abſentis loco, donationem acceptare, & ratifi-
care poteſt, ſine mandato: *Moz. de ſubſtant. donat. num. 28.*
Theſſaur. deciſ. 70. Ioſeph Ludovic. concluſ. 52. Godd. de contra-
hend. ſtipulat. cap. 10. concluſ. 1. num. 23. & ſeq. Quod am-
plius ex eo confirmatur, quod † legata fideicommiſſis 38
particularibus, exæquata ſunt: jure novo: *§. ſed non uſq.*
Inſtit. de legat. ibi. ubi Dd. ff. de legat. 1. l. 1. l. 2. §. & omnia. l. 3. C.
commun. de legat. Andr. Kobl. exerc. jur. 8. num. 12. Iul. Clar. §.
donatio. quæſt. 5. Rauchb. 1. quæſt. jur. 29. nu. 20. Frider. Pruckm.
conſ. 13. n. 163. Legari † autem, ſicut & fideicommitti, et- 39
iam ab inteſtato poſſe, eſt indubitatum: *Pariſ. conſ. 32. in*
fin. vol. 2. text. in § præterea. Inſtit. de fideicommiſſ. heredit. etiam
† ſcripturâ planè non interveniente: *l. & ſine ſcriptura. 5.* 40
C. ad SCt. Trebell. l. 1. l. 2. C. commun. de legat. Vaſq. de ſucceſſ.
creat. lib. 2. § 17. n. 124. Ioan. Borch. vol. 1 conſ. 15. fol. 265. col. 1.
in fin. Vnde † etiam tum, cum forte ſcriptura legati, vel 41
fideicommiſſi imperfecta eſt, legatum, vel fideicommiſ-
ſum nihilominus debetur. *l. unum. 67. §. ſi om. ſſ. ff. de le-*
gat. 2. l. verbum. 10. C. de fideicommiſſ. Immò, ſi hæc omnia
non eſſent; tamen ſuſtineretur præſens teſtamentum,
velut ultima voluntas in genere ita nuncupata. Eſſe au-
tem, talem aliquam † ultimam voluntatem, generis no- 42
men retinentem, quæ nec ſit propriè teſtamentum, ita
in ſpecie dictum, nec codicillus, nec mortis cauſâ do-
natio, nec alio ſpeciali nomine nominetur, ſed ſimplici-
ter, in ultimæ voluntatis appellatione relinquatur;
docet Zaſ. lib. 1. ſingul. reſponſ. cap. 7. num. 2. poſt gl. in l. licet. C. de
pact. per illum textum. Modeſtin. Piſtor. conſ. 1. num. 20. vol. 1. &,
† in ea non tantum id, quod ſcriptum reperitur: ſed &, 43
quod à morituro oretenus pronunciatur, attendendũ
eſſe: docet idem *Zaſ. conſ. 2. n. 8. & n. 36. ubi in caſu longe mi-*
nus forti, pro ultimâ voluntate generica decidit. Ad ſuperiora
accedit, quod † numerus teſtium non ſit de formâ ſub- 44
ſtantiali, ſed tantum accidentali teſtamenti: ut docet:
Mantic. lib. 2 de conject. ultim. volunt. tit. 11. n. 2. Quodq; † ad- 45
hibitio, ſubſcriptio teſtium, & ſi qua ſunt alia ad teſtes
pertinentes, ad ſolennitatem teſtamenti, & quidem ex
trinſecam: nõ autem ad perfectionem voluntatis teſtã-
tis pertineant: *Roland. Paſſ. eg. in tr. de teſtament. rubr. 34. n.*
verſ. item ut in teſtamento. Ripa in l. poteſt. n. 27. ff. de legat. 1. Capi-
fur. in tr

ſer. intr. de num teſt. part. 1. cap. 4. n. 34. Didac. Spin. in ſpec. te-
46 *ſtament. gloſſ. 31. n* 48. Vnde † teſtamentum ſtatim dicitur
perfectum quando teſtator ſuam voluntatem, coram
teſtibus aliquibus explicavit, & eam pro perfecta ha-
buit, ſi in eo non reperiantur verba, quæ demonſtrant
actum aliquem ſucceſſivum, vel alias, quod id non ſit
perfectum, perpulcrè tradita à Vincent. *Honded. conſul-*
47 *tat. 77. n. 10. 11. & ſeqq. Et,* † teſtamentum factum eſſe per
teſtes probari poteſt, quamprimum teſtator ſuam vo-
luntatem ultimam perfectè aperuit: etſi hoc feciſſet eo
animo, ut de eâ voluntate fieret ſcriptura ad probatio-
nem; & tamen vel poſtius non, vel non ſatis ſolenniter
facta ſuit: ut notabiliter tradit *Vincent. Honded. d. conſ. 77.*
48 *n. 17. & 20.* unde ex æquitate † Canonicâ ſuſtinetur te-
ſtamentum coram duobus teſtibus, & præsbytero fa-
ctum: *c. cum eſſes. extr. de teſtam. Hond. d. conſult. 77. nu 14 15.*
49 *Andr. Fachin 6. controverſ. 47.* Facit, † quod Parochus ſi-
ve Presbyter duobus æquipolleat: *ut tradunt Dd. in d. c. cũ
eſſes Hond. d. conſ. 77. n. 58.* Vnde, cum in ore duorum, vel
trium omnis ſit veritas, tres autem teſtes, inter quos eſt
præsbyter, in præſenti caſu, noſtrum teſtatorem ita vo-
luiſſe, juratò dicant, ut ad acta eſt relatum, idque con-
firmatum, neceſſario inde ſequitur, ultimam hanc vo-
luntatem ſufficienter eſſe probatam. Nec obſtat, quod
unus teſtium illorum fuerit legatarius, & heredis ſcri-
pti frater, qui non poſſit eſſe teſtis in teſtamento, in quo
frater ejus inſtituitur. Nam hoc in jure nullibi ita deci-
50 ſum extat: ſed hoc tantum, quod † fratres, qui in ejuſdē
patris poteſtate adhuc ſunt, teſtes adhiberi non poſ-
ſunt: *§. ſed neque Inſtit. de teſtam. ordin. atque in hoc ſenſu, & non
aliter loquitur, & accipiendus eſt Schneidvv. in §. teſtes n. 10. In-
ſtit. eod. tit. Reuber. in tr. de teſtib. p. 2 num. 49. Frider. Pruckm.*
51 *conſ. 13. num. 127.* Legatarijs † itidem, & fideicommiſſa-
rijs, quia non juris univerſi ſucceſſores ſunt, & alijs per-
ſonis eis conjunctis, teſtimonium non denegatur: *ut ſunt
textus expreſſi in §. legatarijs Inſtit. eod. l. qui teſtamento. 20. pr.
ff. eod. l. 22. C. eod. quod ob hominum calumnias toties à Iuſtin. in-
culcatum eſſe nominatim docet Vigl. ad dict. § legatarijs. Villalob.
52 com. opin. lit. T. n. 31.* Quod, † etiam in teſtamento nuncu-
pativo, per teſtes probando, quādo quæſtio vertitur in-
ter heredem nuncupatum, & venientes ab inteſtato, ve-
rum eſſe, tradit, *Graſſ. in recept. ſent. quæſt. 57. n. 15. Honded. d.*
53 *conſult. 77. n. 35. & ſeq.* Non etiam † obſtat, teſtes non fuiſ-
ſe ſigillatim ab ipſo teſtatore rogatos; cum illud hic fa-
ctum eſſe non appareat, & teſtes non præſumi rogatos,
niſi probetur: *Graſſ. quæſt. 58. nu. 6. & ſeq. Ruin conſ. 9. nu. 9.
& 16. vol. 3. Socin. Iun. conſ 179. n. 56 & ſeqq. vol. 2. ad quæ con-
ferunt tradita à Bartol. in l. Divus. ff. de mil. teſtam. Angel. Aret.
in §. fin. Inſtit. de teſtam. ubi dicit ex hoc, quendam Advocatum
Peruſiæ, cauſam perdidiſſe: refert & ſequitur Tob. Non. conſ. 21. n.*
54 13. reſpondetur † enim, quod teſtium rogatio probetur,
ſi teſtator, vel alius dixerit teſtibus, quod eſſent teſtes li-
cet non dixerit: rogo vos: & probetur, per duos teſtes,
qui interfuerunt teſtamento: *Honded. d. conſult. 77. nu. 48.*
55 *49. Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 11. n. 1.* nec † re-
fert, à quo fuerint rogati, ſed ſatis eſt, quod unus ab alio,
& alter ab alio: *Hond. d. conſult. 77. n 50. & 51. Mant. dict. lib.*
56 *2. tit. 11. n. 4.* etiamſi, † incontinenti poſt declaratam vo-
luntatem teſtatoris vocati fuiſſent: *Hond. d. conſ. 77. n. 52.
53. ubi dicit ita in Rota Romana judicatum. Mantic. d. lib. 2. tit.*
57 *11. n. 5.* Immò, † quod amplius eſt, ex ſola ſubſcriptione,
teſtes præſumuntur rogari, ſi ſubſcriptio facta ſit, ſciente
& patiente teſtatore: *Mantic. dict. lib. 2. tit. 11. n. 9. Boër. deciſ.
231. n. 4.*

Vnde iterum conſtat, nullius teſtamenti eſſe, quæ cō-
tra ultimam voluntatem A opponuntur: quibus ultimò
accedit, quod teſtes in hac totâ actione, non ad ſolenni-
tatem teſtamenti, ſed tantum ad probationem volunta-
tis & mandari eandem ad acta deferendi, ſint requiſiti:
quippe; licet mille teſtes affuiſſent: tamen ſine inſinua-
tione nulla fuiſſet voluntas de prædio: N. in agnatum
transferendo. Vnde † forma ſtatutaria, ut potior atten- 58
denda, per ea, quæ notat, *Schrader. tr. feud. part. 10. ſect. 17.
n 31. Curt. Iun. conſ. 46. n. 7. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 82. nu. 1.
vol. 1.* Quod hic tanto magis verum, quia forma juris
communis in teſtamento nuncupativo, apud acta depo-
nendo ei non repugnet: neque minus obſervata reperi-
tur: & ſic, vel † hac ſaltem oblatione abſolutiſſimum 59
punctum teſtator impoſuit: *l. omnium. l. ult. C. de teſtam.
Sandr. lib. 2. artic. 30. Mynſ. obſervat. 29. cent. 6. Ferdin. Vaſqui.
lib. 2 de ſucceſſ. creat. §. 17. num. 3. & 105.* Pro Coronide ſit,
quod ne quidem, ſi aliquis defectus teſtamenti in ſolen-
nitatibus, ſive formâ teſtamenti cæterum probaretur,
heres inſtitutus poſſeſſionem legitimâ immiſſione con-
ſecutus condemnari, ſed potius abſolvi debeat. Etſi e-
nim, quod ad ſolēnia attinet teſtamentum juris ſit civi-
lis: tamen, quod † ad ſubſtantiam ejus attinet, eſt juris 60
naturalis, immò divini, de quo in ore duorum teſtium
omnis conſiſtit veritas, ut multis deducunt: *Curt. Sen. cōſ.
65. n. 3. Grav. conſ. 135. n 6. vol. 1. Decian. conſ. 3. n. 102. vol. 1. Me-
noch. conſ. 20. n. 2. vol. 1. Cacheran. deciſ. Pedemont. 100. n. 38. &
ſeqq.* Ea † quo volunt quidam, mortaliter eum peccare, 61
qui ſub prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius
ſolennitatis, teſtamentum impugnare conatur: *Panor-
mit. Barbat. Anan. in d. c. cum eſſes.* ubi notabiliter referunt,
quod etiam legibus civilibus non obſtantibus, teſtamē-
tum † hodie valeat generaliter, coram duobus teſtibus 62
factum, tam in foro civili, quam Eccleſiaſtico: tam in
profanis, quam in pijs cauſis: *Idem tenet Vaſq. de ſucceſſ. creat.
§. 1. n. 23. & §. 2. n. 9. & de ſucceſſ. progr. § 30. n. 30. & ſeq. ubi de
communi atteſtatur.* Immò † ex jure, & æquitate Canoni- 63
câ ſuſtinetur teſtamentum, ubi per ſigna, & conjecturas
conſtat de voluntate teſtatoris: *Secundum Ant. de Butr. &
Panormit. in c. relatum. de teſtam. Conſtant. Rugier. in l. 2. n. 4. ff.
de teſtam. Alberic. in l. jubemus in fi. C. de teſtamentis.*

Accedit, quod, † ex teſtamento etiā imperfecto na- 64
ſcitur obligatio naturalis: & relicta in teſtamento mi-
nus ſolenni & imperfecto, ex defectu ſolennitatis, ſed
tamen perfecto in voluntate, debita ſunt, ſi non jure Ci-
vili: at ſaltem jure naturali: *gl. in l. 1. ff. de condict. indebit. Bald.
in l. fin. C. ad leg. Falcid. Lanar. conſ. 28. n. 13. Capit. deciſ. Neapol.
89. n 1. quam communem eſſe Dd. opinionē dicit Iaſ. in l. cum quis.
n. 9. & ſeq. C. de Iur. & fact. ignor. & in l. planè. §. ſi conjunctim.
n. 15. ff. de legat. 1. Iul. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 90. n. 2. Graſſ.
in §. ſucceſſio in pr. n. 13. Borch. vol. 1. conſ. 15. fol. 259. col. 1. Hieron.
Pantſchm. vol. 2 quæſt. 6. n. 11. ubi plures allegat.* itaque † tali- 65
ter relictum, etiam in judicio animæ, ſive conſcientiæ
foro debentur: ut refert in terminis *VVeſſenb. conſ. 38. n. 73.
Covar. c. cum eſſes. nu. 6. ext. de teſtam. Bart. in l. nemo poteſt. n. 18.
ff. de legat. 1. & ibid. Alex n. 23. Ripa. n. 99. aliosque citans commu-
nem eſſe dicit, Iul. Clar. dict. quæſt. 90. n. 4. Alciat. & communi-
ter Dd. in c. novit. extr. de judic. & noviſſimè Laurent. Tenrun. cau-
tel. 6. nu. 35. & cautel. 74. Fachin. 4. controverſ. 5. per tot. prolixè.*
Vnde, † ſi quis ſine vitio poſſidet rem ſibi in teſtamento 66
non ſolenni relictam, ille, ſi convenietur, tutus eſt exce-
ptione, quia poſſidet rem ſibi naturaliter debitam: latè
*Franc. Mantic. lib. 2. tit. 14. n. 9. & ſeq. Ioan. Dilect. de art. teſtand.
tit. 3. caut. 3. num. 3. Ioan. Borch. vol. 1. conſil. 15. fol. 259. col. 2.* Et
† qui certus eſt voluntatis defuncti, non indiget alio te- 67
ſtimonio, in tantum, ut ſi poſſideat ex voluntate ejus, ſi-
ne aliquo offendiculo conſcientiæ, juſtè videatur poſſe
retinere: cum jus divinum talem voluntatem coram
duobus, vel tribus teſtibus explicatam tueatur: *Mantic.
dict. tit. 14. n. 16. ubi dicit.* hanc magis communem, & ve-
riorem eſſe Dd. ſententiam: quæ divinâ ſanctione ſuf-
fulta, etiam in viâ ſalutis tutior eſſe videatur. Et hinc,
† quod ſurtius eſt, etiam in foro Cæſaris duos teſtes ad 68
probandam voluntatem defuncti ſufficere, concludit
*Anton. de Butr. in c. cum eſſet. extr. de teſtament. n. 5. & ita Ferra-
ria fuiſſe reſponſum refert Alexand. conſ. 105. n 16. vol. 4.* multo
magis igitur in præſenti noſtro caſu ſufficiunt plures te-
ſtes, & tamdiu erit præſumtio validitatis pro teſtamen-

to, & bonæ fidei, pro inſtituto herede poſſeſſore; donec
actor aliam fuiſſe demortui voluntatem probet: cum a-
69 lias etiam teſtamentum † nullum, præſumtionem bo-
næ fidei inducat: per tradita à *Bald in l. milites. §. miles. ff.*
70 *de milit. teſtam. Mantic. d. tit. 14. num. 30.* Quippe, † quod
& illa ratio optima eſt, quæ pro conſervandâ voluntate
ultimâ tuendo aſſerendoque teſtamento aſſumitur: *l.*
nulli. 28. C. de Epiſc. & Cleric. l. ſi pars. 10. de inoffic. teſtam. pro-
71 pter † ſummam humanitatem, ultimo velle, quod ite-
72 rum non redit, debitam *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* & † bonum
publicum: *Signorol. Conſil. 210. per l. vel negare ff. quemadm.*
73 *teſtam. aper. Decian. reſponſ. 70. num. 1. vol. 3.* neque † recipi-
enda, ſed veluti pernitioſa deteſtanda eſt ſubtilitas illa,
per quam teſtamenta, condita ab his, qui jus condendi
teſtamenti habent, ſubverterentur: *Signorol conſ. 159. per*
l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. VVeſſenb. conſ. 85. num. 47. per
l. 1. C. de SS. Eccleſ. & l. cum neceßitatem. C. de fideicom-
miſſ.

74 Præterea † nemo præſumitur actum velle inanem
condere, & inutiliter quid agere, præſertim id, quod ſe-
riò tractat, & ſic in re ſeriâ, ut teſtamenti factio eſt: *l.*
quoties. ff. de verb. obligat. Tiber. Decian. reſponſ. 5. num. 62. vol. 1.
75 *reſponſ. 40. num. 20. vol. 2.* Ideoque † ſi de eo ambigitur,
an teſtamentum ſit perfectum ac validum, conſtitui ſo-
let regula, quæ cæteris quoque actibus communis eſt,
teſtamentum eſſe validum, perfectum & jure confectũ,
donec aliud in ſpecie doceatur: *Bald. ad l. ſi quis filio. ff. de*
legat. 1. Iaſ. in l. 1. num. 1. ff. de eo quod cert. loc. & ad l. quoties. col.
1. verſ. quartò adde. ff. de verb. Obl. Dec. ad l. in contrahenda.
num. 5. ff. de Reg. Iur. Menoch. 4 de præſumt. p. 1. præſ. 10. per l.
dotis fructus. & l. ſeq. ff. de jur. dot. l. 3. ff. de milit. teſtam. ubi Vl-
pianus ait: Non eſſe credendum, quod quiſquam genus
teſtandi elegerit, ad impugnanda judicia ſua. Ex quibus
omnibus haud dubiè motum fuit illuſtre collegium Ap-
pellationum, in Regno Bojemiæ, dum hanc volunta-
tem, ut teſtamentum ad acta conditum, firmam deci-
dit 8. Decembr. Anno 1600. Et iſta, hoc tempore a-
bunde ſufficere exiſtimo pro juris informatione: atque
ita juris eſſe concludo.

Refutatio eorum, quæ citata & deducta fuerunt in præ-
cedenti deductione juris, ad caſum ſuperioris
quæſtionis.

Fundamentis citatis & allegatis, in præcedenti de-
ductione, opponitur regula juris catholica: nimirum,
76 † excepto teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas,
non aliter valere ultimam voluntatem, quam vel factã
coram quinque ſaltem teſtibus: *l. ultim. ubi gl. C. de Codi-*
cil. Bt. & alij, in l. nutu. de legat. 3. Bart. in l. nemo poteſt. ubi Ripa.
77 *num. 35. de legat. 1.* vel † ad acta judicis: *l. omnium. ubi Dd. C.*
de teſtam. quæ teſtimonia alia non requirunt: *Salicet. in l.*
contractus. num. 2. 3. de fid. Inſtrum. per illum textum l. penult.
§. penul. C. de reb. credit. & eſt optimus textus auth. ſancimus.
verſ. per teſtes idoneos, vel inter alia manifeſtaverit. C. de teſtam.
VVeſſenb. conſ. 38. num. 57. & ſeq. Iam pars adverſa, invitis
licet dentibus fatetur, hic non agi de teſtamento inter
liberos, ſeu relicto ad pias cauſas: inſuper quoque nega-
re erubeſcit, deeſſe huic teſtamento numerum quinq;
teſtium. Cardo itaque hujus negotij, & controverſiæ
vertitur, circa hoc nimirum: an illa prætenſa inſinuatio
teſtamenti apud acta facta, ſufficienter ſit probata, ſeu,
de jure ſubſiſtat? Illam ipſam verò, neque ſufficienter
probatam eſſe: neque de jure ſubſiſtere poſſe, ſi proba-
verimus, ſtatim palam fiet, adverſæ partis fundamenta
veluti ruinoſa, concidere.

Primum omnium vero clari & indubitati juris eſt:
78 teſtamentum per procuratorem † actis inſinuari non
poſſe, niſi in Conſtitutione Procuratoris ſervata ſit ea
ſolemnitas, quæ in ultimâ voluntate requiritur: puta ſi
mandatum eſſet datum in præſentia quinque teſtium,
per quos illud poſſet probari: ita tradit *Modeſtin. Piſtor.*
part. 2. quæſt. 55. Hartm. Piſtor. quæſt. 13. lib. 1. num. 8. Dan.
Moller. lib. 1. Semeſtr. cap. 5 num. 5. & 12. incip. variæ ſunt inter-
pretum, ibi: quamvis & mortis cauſa & ad conſtit. Elector. part.
3. Conſtit. 3. tum, † quia judex, vel magiſtratus, aut qui 79
ab illis ad hoc deputantur, vicem teſtium in confectio-
ne, vel inſinuatione teſtamentorum ſupplent; ideoque
non minus ac hi, teſtatorem præſentem ipſimet, ut vi-
deant, ad excludendum omnem fraudem neceſſe eſt:
arg. eorum, quæ tradunt Bl. & Salicet. in l. omnium. C. de teſta-
ment. Hieron. Pantſchm. vol. 2. quæſt. 23. num. 5. Dan. Moller.
ad conſtit. Saxon. part. 3. Conſtit. 3. num 14. tum, † quia pro 80
regulâ traditum eſt, actum illum, ad cujus ſolennitatẽ
præſentia alicujus requiritur, (& ita quidem, ut & au-
diri; & videri poſſit) per procuratorem, aut alium ejus
nomine, expediri non poſſe: *l. 2. C. de his qui ven. ætat. per*
quem text. ita concludit Angel. in l. 3. ff. rem rat. haber. Socin. conſ.
48. num. 9. Daniel. Moller. lib. 1. Semeſtr. cap. 5. Nec huic ve-
riſſimæ ſententiæ obſtat, quod ab adverſa parte allega-
tur, huic teſtamento tanto majorem fidem eſſe adhibẽ-
dam propter publicationem ejuſdem. Quis enim non
videt, quæſtionem ſolennitatum confundi perperam,
cum publicatione teſtamenti. Secundò, ad illam, quam
pars adverſa de favore teſtamentorum attulit exceptio-
nem audiat *Dan. Molleri reſponſionem. in d. quæſt. 5. num. 15.*
quæ ſic habet: Denique ad favorem teſtamentorum quod
attinet, ob hunc ipſum nimirum, in ſolennibus illorum,
tanto ſtudio occupati fuerunt legum cõditores, ut pro-
inde diligenter & exactè illa obſervari nullius magis
interſit, quam illorum, qui teſtamenta ſua, poſt mortem
ſuam in controverſiam vocari nolunt, tantum abeſt, ut
favor hic contrariæ opinioni patrocinari quicquam
poſſit.

Minus obſtat ſecundum, quo aſſeritur, præſentiam
teſtatoris ſaltem eo caſu requiri, quando teſtator teſta-
mentum clauſum judici, ſeu magiſtratui offert, cum i-
pſe Moller. ab adverſa parte citatus, *dict. conſtit. 3. part. 3.*
planè contrarium, tum ex firmiſſimis juris rationibus
tum etiam ex multis præjudicijs probat. Et, quis un-
quam affirmare tentavit, Impp. Theodoſij & Honorij
reſcriptum, *in † l. omnium. C. de teſtament.* accipiendum, & 81
intelligendum eſſe de teſtatore, teſtamentum ſuum per
procuratorem Principi offerente. Immò, cum Impp. in
illo reſcripto, teſtamenta coram actis, & teſtibus con-
dita, æquiparaverint, quâ ratione, quæſo per procura-
torem magis coram actis, quam teſtibus, quis teſtamẽ-
tum ſuum condere poterit. Proinde, quoſdam Interpp.
etiam in teſtamento apud acta facto, duos teſtes ad mi-
nimum requirere concedimus: ſed per procuratorem
teſtatoris ejuſmodi teſtamentum rectè confici plane ne-
gamus. *Ad l. Conſultißimã. 23. C. de teſtam.* quod attinet, il-
lam de publicatione teſtamenti accipiendam eſſe, ipſe
textus demonſtrat, nec ibidem aliud Gothofr. in notis
ſenſiſſe apparet. Iſtius textus itaq; mutatione opus fuit
nunquam. Defuncto teſtatore per teſtes, ultimam vo-
luntatem rectè probari nemo eſt, qui negat: Sed, † ad 82
minimum quinque teſtes, qui uno eodemque tempore
teſtatori fuere præſentes, ad ejuſmodi probationem re-
quiri, manifeſtiſſimi juris eſt; adeò, quod teſtes teſtamẽtarij
nihil ſuffragant, niſi teſtatorem, quamdiu teſtatur in con-
ſpectu habuerint: *l. ſi non ſpeciali ibi Alex. num. 6. Sichard.*
num. 2. D. auth. num. 1. C de teſtam. Abbas in c. ex literis. poſt nu.
5. extr. de Conſuet. Maſcard. de probat. concluſ. 1352. Pariſ. conſ.
33. vol. 2. Moller. d. part. 3. Conſtit. 3. num. 10. & ſeqq. Hieron.
Pantſchm. lib. 2. quæſt. 23. num. 3. & ſeqq. Præterea, † ad e- 83
juſmodi probationem requiritur, ut quoque teſtes de-
ponant teſtatorem, unâ vice, ſimul, eodemque con-
textu, ſeriò nuncupaſſe heredem: & ſucceſſorem ab in-
teſtato venientem excluſiſſe: *d. l. hac conſultiſſima. C. de te-*
ſtam. l. cum antiquitas. C. eod. gl. in l. fideicommiſſa. §. 1. de legat.
3. Matth. de Afflict. deciſ. 69. num. 11. Franc. Mantic. de conject.
ult. volunt. tit. 4. num. 11. lib. 12. Et, † ideo teſtamentum 84
dicatur

dicitur eſſe individuum: l. ſi is qui. de teſtam. l. furioſum. qui
teſtam. fac. poſſ. Cephal. conſ. 377. Burſat. conſ. 370. n. 40. Caval-
can. deciſ. Frutzan. 4. n. 17. part. 3.

Non ergò juvatur adverſa pars ex eo, quod frater
Actoris mortuus, de hac diſpoſitione apud amicos ja-
ctârit. Nec enim ejuſmodi jactatione perfici potuit: id-
85 eoq; etiam probari nequit. Fruſtra † enim aliquid pro-
batur, quod probatum non relevat: l. ad probationem. ubi
Bl. num. 2. C. de probat. c. cum contingat. de offic. & poteſt. judic.
VVeſſenb. in terminis conſ. 38. num. 62. Bald. in l. multis. C. de li-
ber. cauſ. & in l. matrem. C. de probat. Rol. à Val. conſ. 47. num.
28. vol. 3. Ioan. Andr. in c. fraternitatis. & ibid. Socin. de teſtibus.
86 Non † autem relevat probare, factam eſſe ultimam vo-
luntatem, niſi probetur legitimè, & ritè ordinata, cum
ex non ſolenni nihil debeatur: l. ſi veritas. l. ſi ex teſtam. C.
de fideicom. Iaſ. in l. ultim. num. 12. & 13. C. eod. VVeſſenbec. d.
conſ. 38. num. 62. Dilect. de art. teſta. de legat. caut. 2. in princ.
Ioan. Borch. vol. 1. conſil. 15. fol. 255. & paſſim. Quæ; de do-
natione per procuratorem, actis inſinuanda adferun-
tur, tantum locum habent in donatione inter vivos, nō
in donatione cauſa mortis, ſeu alia ultimâ voluntate.
87 Præterquam enim, † quod præſentia donatoris ad ſo-
lemnitatem non requiritur: leges, non tantum inſinua-
tionem, ſed & ipſam donationem per procuratorem,
aut alium fieri, expreſsè permittunt: l. prohibere. §. planè.
ff. quod vi aut clam. l. filius. ff. de donationib. & paſſim. l. contra. §.
fin. ff. de pact. Socin. conſ. 48. De inſinuatione verò, eſt tex-
tus in Auth. ut fratrum filij, §. illud quoque col. 9. Quæ o-
88 mnia ſecus ſe habent in teſtamentis: cum † ea, per Pro-
curatorem, aut alium, non, ſed per ipſum teſtatorem fie-
ri, & ab illius ſolius arbitrio, non alterius pendere ne-
ceſſe ſit: Vaſq. tract. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſit. 27. n.
8. & 84. ubi hoc dicit commune eſſe omnium teſtamentorum. Sic-
89 ut, † & donationem mortis causâ per procuratorem
fieri non poſſe, docet Moller. ad conſtit. Saxon. part. 3. cap. 3.
num. 21. & lib. 1. Semeſtr. cap. 5. num. 5. & 12. Rauchb. 2. quaſt.
90 jur. 16. num. 3. niſi † donator in præſentia quinque teſtiū
mandatum procuratori dederit, & procurator deinceps
itidem, coram quinque teſtibus, vel apud acta donatio-
nem expediverit, juxta l. fin. C. de mort. cauſ. donat. Andr.
Rauchb. 2. quaeſtion. Iur. civil. & Saxon. 16. in princ. Sicut &
ad donationem causâ mortis, quinq; teſtes expreſſe re-
quirit Graſſ. in §. donatio cauſa mortis quaſt. 21. Ne itaque æ-
quiparatione illa donationis & fideicommiſſi, ſeu legati
per fallaciam compoſitionis, & diviſione ſeſe capi vel
ſeduci quis patiatur, diligenter animadvertendum. Ac
ultimam voluntatem, in genere ita nominatam, ſine nu-
mero quinque teſtium, qui unâ vice, eodemque tempo-
re teſtatori præſentes fuere, rectè nominari, ſeu dici, ne-
mo facile crediderit. Ex quo concidit, & illud, quod
91 adfertur: Teſtamentum † ſtatim dici perfectum, quan-
do teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus aliquibus
explicavit: aliud enim docent verba textus l. ſi unus. C. de
teſtam. aliud itidem Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 11.
num. 3. vbi dicit: Poteſt etiam admitti, quod numerus
teſtium eſt forma ſubſtantialis, inducta à Iure civili, quæ
ab alio jure civili poteſt ſubmoveri: non tamen eſt for-
ma ſubſtantialis juris gentium, quæ dicitur perpetua, &
immutabilis. Audiat adverſa pars, contra allegat. c. cum
eſſes. ext. de teſtament. Covarruv. in repetit. dict. cap. n. 6 cujus ver-
ba ſic habent. Ego verò, his non obſtantibus, contrariam
ſententiam veriorem eſſe arbitror plurimis rationibus:
ſed potiſſimum iis ſequentibus ad comprobationem
hujus opinionis. Lex enim civilis, quæ teſtium ſolenni-
tatem induxit, teſtamentis, juſta eſt: quia hic teſtandi a-
ctus gravis eſt, & mille obnoxius fraudibus: potuit er-
go lex, quo tutius, & fidelius ageretur, hanc ſolemnita-
92 tem ſtatuere, ad totius reipublicæ utilitatem. Lex † ve-
rò juſta, in animæ judicio admittenda eſt: Iaſ. in l. nemo po-
teſt. 2. lect. num. 106. ff. de legat. 1. Immò in Ducatu N.N. ju-
ra Canonica, exceptis excipiendis, planè non obſervari
certum eſt: eò minus igitur pars adverſa ſeſe ſuper diſ-
poſitione d. cap. cum eſſes, fundare poterit. Tandem pro con-
feſſo acceptatur, teſtes, in hac tota actione, ad compro-
bationem voluntatis, & mandati, eandem ad acta defe-
rendi fuiſſe requiſitos. Sed ejuſmodi procuratorium,
ſeu mandatum aliter, quam coram quinque teſtibus nō
potuiſſe conſtitui, ante probavimos. Audiat pars ad-
verſa hac de re Hartm. Piſtor. quaſt. 13. num. 8. dum ait: &
tamen, circa hos animadvertendum, quod, † etſi dona- 93
tio causâ mortis, abſenti facta non valeat, ut donatio,
ſi tamen adhibiti fuerint quinque teſtes, valeat, ut fidei-
commiſſum. Audiat inſuper, Modeſtin. Piſtor. quaſt. 55. di-
centem: Exiſtimabant enim, ſi in donandi mandato, ſer-
vata eſſet iſta ſolennitas, quæ in donatione â legibus re-
quiritur: puta, ſi eſſet mandatum donandi â marito da-
tum, in præſentia quinque teſtium, per quos poſſet illud
probari, poſſe talem donationem ſuſtineri. Audiat etiā
Moller. in ſemeſtr. lib. 1. c. 5. & ad conſtit. Saxon. part. 3. c. 3. num.
21. audiat Pantſchm. lib. 2. quaſt. 23. num. 5. 6. & ſeqq. Non ob-
ſtante, quod aſſeritur, feudum per procuratorem con-
ferri & accipi poſſe: cum argumentum ductum â con-
tractu ad ultimam voluntatem, affirmativè non admit-
tatur, maximè hoc caſu, apparente diverſitatis ratione,
inter contractum, & ultimam voluntatem, ut quæ frau-
dis removendæ cauſa, præſentiam teſtatoris, ſpecifice
requirat, per citata & probata: quibus adde Pantſchm. 2.
quaſt. 23. num. 4.

His ita conſtitutis, fruſtrà diſputatur, mandatum prò-
curatoris præſumi, vel præſumtivè probari per exhibi-
tionem teſtamenti, nondum â quinque teſtibus ſub-
ſcripti ſed coram duobus teſtibus tantum noncupati: cū
clari, & indubitati juris ſit: quod ſolennitas † extrinſeca 94
non præſumatur, ſed quando illa negatur, probanda ſit
ſaltem per duos teſtes: ita tradunt Hyppol. Rim. conſ. 269.
num. 33. Mynſing. obſervat. 98. per l. Domitius. cum ibi not. de
teſtam. l. quæcunque §. ſi. de public. Ex quibus omnibus quo-
que evincitur capitanei confirmationem per duos pro-
curatores, tumoltuariè collectos, impetratam; vitium
ſolennitatis originalis teſtamenti non ſupplere. Nam
† vitiatâ radice, intelliguntur rami vitiati: l. ſi viva. C. de 95
bon. matern. Iaſ. in l. maritus. C. de procurat. Bald. in l. ult. col. 1.
C. de lib. prater. Et, † quando principale non tenet, nec et- 96
iam tenet inſinuatio. Certum enim eſt, quod, nullo exi-
ſtente principali, omne illud, quod ab illo dependet, &
ſequitur nullum ſit: l. ſi cum exceptione. §. Pedius. §. Labeo. § ſi
quis. ff. quod met. cauſ. l. 1. C. de cond. ob cauſ. Berous. conſ. 9. n. 11.
vol. 3. Item, † quod per ſe nullum eſt, ſubſequente confir- 97
matione nunquam convaleſcit, aut vires aliquando re-
cipit, prout etiam confirmans nihil novi addit: l. heredes
palam. § ſi quid. ubi Dd. ff. de teſtam. Berous, conſ. 72. num. 11. vol.
2. & conſ. 158. num. 10. vol. 3. Roman. conſ. 45. Hyppol. Rimin.
conſ. 279. n. 47. adeò, † ut non attendatur, tempus con- 98
firmationis, ſed confirmati: l. Aurelius. §. teſtamento. de liber.
l. ſi donator. §. ſi. de donat. int. vir. & uxor. Gravet. conſ. 135. nu.
11. Quamobrem, eum † hæc confirmatio, & declaratio 99
ipſo teſtamento contineri videatur: laborabit eodem vi-
tio, quo teſtamentum ipſum: per ea, quæ prolixè tradit
Pantſchman, 2. quaſt. 23. num. 29. & paſſim. Nec his adver-
ſatur, quod vulgo dicitur: Actum † confirmatorium, li- 100
cet præcedentem non extendat: attamen illi robur ad-
dere, ſi eum reperit invalidum: d. l. Aurelius. §. teſtamento. ff.
de liberat. legat. Bald. in l. 3. ſi adverſ. rem. judic. & in l. nomina-
tionis. de Appellat. Hoc enim intelligendum eſt de ijs acti-
bus, qui confirmari poſſunt: ſed ſupra abundè fuit oſtē-
ſum: in Inſinuatione requiri, vel præſentiam teſtatoris,
vel mandatum coram quinque teſtibus: quæ ſententia
communis eſt, & ab ea in judicando recedi non debet:
Rauchb. 2. q. 16. n. 2. neq; † vitiū ſolennitatis ſuppleri: ſed 101
neceſſe eſſe, ut teſtator de novo teſtamentum condat: l.
heredes palam. §. ſi quid poſt. de teſtament. Immò, † ex imper- 102
fecto teſtamento, ne quidem hæres Imperator inſtitu-

tus, ſuccedere poteſt; *text. expreſſ. in l. ex imperfecto. C. de teſtã.* tantum abeſt, ut dici poſſit, Regij Capitanei confirmationem, defectum ſolennitatum potuiſſe ſupplere.

Quod tandem allegatur, de obligatione naturali, quæ teſtamento minus ſolenni dicitur competere: illi
103 opponitur vulgata juris regula: quod, † ex teſtamento
minus ſolenni lagata & fideicommiſſa efficaciter exigi
& deberi non poſſint: *l. eam quam. C. de fideicom. l. ſi nemo.*
ff. de teſtam. tut. Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. &
ibid. Natta. quæſt. 27. Imol. in l. qui filio. § ſervus. ff. de hered. In-
104 *ſtit. Dec. conſ. 455. num. 10. in fi.* Id † quod etiam de Codi-
cillis, ſi perfecti non ſint, conſuluit, *Curt. Iun. conſ. 303. nu.*
105 *6. vol. 3.* Hinc à noſtris traditum legimus: quod † judex,
juſte pronunciat teſtamentum nullum, quod caret ſo-
lennitatibus juris civilis: & ritè adjudicat legitimis
heredibus hereditatem: *l. ſi unus. l. ſi ex imperfecto. C. de te-*
ſtam. l. ſi poſt diviſionem C. de jur. & fact. ignor. gl. & Dd. in l. 2.
C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum. tab. Et hæc ſententia etiam in
106 foro animæ ſervari debet: quia † judex â lege divinâ ha-
bet autoritatem: *Proverb. 8. Mantic. de conject. ult. volunt.*
107 *cap. 14. num. 2.* Simili ratione traditum eſt, † legem po-
ſitivam potuiſſe præter jus divinum addere ſolennita-
108 tes teſtium: *Dd. in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & jure.* Et, † rei-
publicæ ob id bene conſultum fuiſſe ad tollendam ma-
teriam peccandi, quæ facile emergere poteſt, remotis
ſolennitatibus requiſitis: ut late probat *Pantſchm. quæſt. 6.*
num. 76. & ſeqq. lib. 2. Eâdem quoque ratione tollitur,
quod de obligatione naturali dictum fuit: Nam, ut in-
terim omittamus, quod multi contrariam ſententiam
109 defendant, nimirum, † ex teſtamento imperfecto, nec
naturalem quidem obligationem oriri: prout tenuit
Petr. de Raven. Iaſ. & alij in l. 1. de Cond. indebit. Bald. in l. cum
quis. de jur. & fact. ignor. Covar. in c. cum eſſes. extr. de teſtam.
ubi plures in hanc rem allegat. Hieron. Pantſchm. vol. 2. quæſt. 6.
num. 73. Et, quæſtio eſt, in utramque partem valde diſ-
putabilis. Et quamvis hæc opinio, teſte *Iaſ. in d. l. 1.* ſit ſu-
110 ſtentabilis: Omnes tamẽ uno ore fatentur, † ex hac na-
turali obligatione non oriri exactionem efficacem,
quamvis ſoluti repetitionem impediat: *gl. & Dd. in l. &*
ſi inutiliter. C. de fideicommiſ. & in l. cum quis. de jur. & fact.
ignor. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. Pantſchm. d. q. 6. num. 73. lib.
2. Iohan. Borch. vol. 1. conſ. 15 per. tot. Et, poſito, non tamen
conceſſo, etiamſi contraria opinio, quam *Mantic. d. loc.*
Theologorum judicio ſubmittit, in foro civili eſſet re-
cepta: attamen ad præſentem cauſam, in qua agitur de
validâ feudi alienatione, minus rectè accommodatur,
quandoquidem illa, ad alienationem feudi extendi mi-
nimè poſſit, nec jus Canonicum, in Iudicio Provinciali
Ducatus N. ſervetur: ſed juxta tenorem privilegiorum,
& juris ejus loci, cauſæ ſint decidendæ. Quinimò, hoc
teſtamentum, numero teſtiũ duorum, omni exceptio-
111 ne majorum, plane deſtituitur. Cum † frater heredis
inſtituti teſtis eſſe non potuerit: *§. ſed neque. Inſtit. de teſtam.*
l. qui teſtamento. in pr. §. quacunque ff. eod. Frider. Pruckm. conſ.
13. num. 124. neque tertius teſtis, teſtatorem, ut ipſe fate-
tur, viderit, ſed extra ędes, & in curru, ſigillum appoſue-
rit; quod contra jus, & obſervationem judiciorum eſſe,
patet ex ijs, quæ dictis locis, *Panſchm. Piſtor. Moller.* & alij
deducunt, ad quæ hoc loco remiſiſſe ſufficiat.

Sententiæ, in prædicto caſu latæ ſunt, ut videre eſt ex ſequentibus.

112 ## Erſtes † Vrthel.

Rudolff ꝛc. Bekennen/ wo fern ꝛc. So were daß in der Frage gemelte Teſtament zu recht vnkrefftig/ von Rechts wegen: datum Prag/ den 6. Maij. des 1603. Jahrs.

113 ## Ander † Vrthel.

Rudolff ꝛc. Bekennen/ wo fern/ So were der in der Frage bemelte letzte will/ alß ein Teſtament ad acta, zu recht kräfftig/ von Rechts wegen. Datum Prag den 26. Martij. Anno 1604.

Drittes † Vrthel. 114

Auff mit geſchickten Extract der gantzen Acten.

Rudolff ꝛc. Bekennen/ wo fern ꝛc. So were A. letzter wille/ davon in der Frage meldung geſchicht/ als ein ordentliches Teſtament apud acta, zu rechte beſtendig/ vnd könte/ von ſeinem Brudern/ auß angezogenen Vrſachen/ nicht vmbgeſtoſſen werden von Rechts wegen. Datum Prag/ den 23. Novemb. Anno 1604.

Keyſerl. Appellation præſident vnd Räthe.

Viertes † Vrthel. 115

V. F. D. Zuvorn/ Demnach erachten wir darauff im rechten zu erkennen ſeyn: hat A. in ſeinem letzten willen/ ſeine hinterlaſſene ligende gründe/ ſeinem Vetter C. daß er dieſelben/ von menniglichen vngehindert/ nach ſeinem Tode einnehmen/ genieſſen/ vnd alß ſeyn Proper gut gebrauchen ſolle; vnd denſelben durch drey vom Adel/ neben jhme beſigeln vnd vnterſchreiben; vnd durch zwo Perſonen vom Adel dem Königl. Ampt einantworten laſſen: Welcher auch von dem Haubtman angenohmen/ vnd durch die Königliche Lehnshand bekräfftiget worden. Ob nun wol gemelter letzter wille vor ein beſtendig vnd kräfftig Teſtament/ wegen mangelung gebührlicher Solennitaten, welche die Rechte beydes bey auffrichtung vnd hinterlegung derſelben erfordern/ nicht zu achten. Demnach aber/ vnd wo fern A. berürten ſeinen letzten willen/ erwehnten an vnß gethanen bericht nach/ in gegenwart/ nicht alleine fünff/ ſondern Sechs Mans Perſonen/ auch ſeines Weibes vnd Schweſter auffgerichtet. ſo wirdt Er/ vor ein Codicill billich geachtet/ von Rechts wegen. Vrkündtlich mit vnſerm Inſiegel verſigelt.

Ordinarius, Senior, vnd andere Doctores der Juriſten Facultet, in der Vniverſitet Leipzig.

CONSILIVM LXXI.

Quæſtio.

An pecunia, ſive pretium ex feudi venditione adquiſitum, ſit res feudalis, & ad ſucceſſores feudi pertineat?

SVMMARIA.

1 Species facti.
2 Mater ſuccedit liberis jure communi & Saxonico.
3 Pecunia ex feudo redacta feudalis eſt, & ſucceſſoribus feudi debetur.
4 Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati, & idem de illo, quod de hoc eſt judicandum.
5 Pecunia ſuccedit loco rei in univerſalibus.
6 Pretium eſt loco rei.
7 Res ipſa videtur abeſſe illi cui pretium abeſt.
8 Pecuniam ex feudo acquiſitam, pro feudo haberi, & inter allodialia non computari. Scabinatus Saxoniæ pronuntiat.
9 Res quælibet, mobilis præſertim, non feudalis, ſed allodialis & libera potius eſſe præſumitur.
10 Præſumtio fortioribus probationibus elidi debet.
11 Pecunia, & alia res mobilis, ne quidem ſub cautione, quaſi uſusfru-

vſusfructus earum rerum, quæ uſu non conſumuntur, in feudum dari poteſt.

12 Fratrum, vel agnatorum conventio, ut pecunia ſit feudum non valet.

13 Feudi naturam, pecunia, ne ex iuratâ quidem fratrum & agnatorum conventione induceit.

14 Rem mobilem, in feudum dans, vel accipiens, non obligatur, qui fidelitatem danti vel accipienti domino iuravit.

15 Pecuniam in feudum dans, non obſtante iuramento, eandem condictione ſine causâ repetere poteſt; modo id ignorans, feudum in re mobili non conſiſtere fecerit.

16 Non ut feudum, ſed ut contractus innominatus ſubſiſtit, ſi is qui ſcienter pecuniam accepit, aut dedit, ſervire, & fidelitatem iuratam ſervare paratus ſit.

17 Pecuniam in feudum domino offerens, aut â domino accipiens, & fidelitatem præſtans, ſi conventioni ſtare nolit, obligationem ſuam, quaſi ex causa invalidâ præſtitam, condicit.

18 Maxime, ſi dominus velit illum contractum iure feudi valere: quod cum nequeat, plane nullus erit, & irritus.

19 Sinctus, vitio materiæ non valet, ut agitur, nec alio modo valere poteſt.

20 In brocardico illo: Si non valet ut agitur valeât quocunque modo valere poteſt: differentia facienda eſt inter materiam & formam.

21 Feudi pretium, ex feudo comparatum, vel ad feudi emtionem deſtinatum, feudum non eſt, nec feudum fit, ex conventione etiam iuratâ.

22 Res, quæ uſu conſumuntur, citra alienationem inutiles ſunt, quæ alienatio repugnat naturæ feudi.

23 Pecunia eſt de rebus, quæ ſervando ſervari nequeunt.

24 Pecunia dicitur res comparata ad expendendum.

25 Pecunia ſola commixtione conſumitur, & pleno jure ad aliquem ſpectat.

26 In quolibet feudo, dominus ius directi dominii; & vaſallus utilis dominii, ſive uſumfructum habet.

27 Pecunia eſt res conſumtibilis, & inter mobilia habetur, etiam tum, quando ad computationem prædiorum deſtinata eſt.

28 Conveniri nequit, ut pretium ex feudo redactum, ſit feudum: & ut heredes feudales illud habeant præcipuum.

29 Deſtinatum in iis, ubi facto opus eſt, pro infecto habetur.

30 Pecunia emtioni, vel comparationi alicuius rei deſtinata, pro re, cui addicebatur aut deſtinabatur, nunquam in iure habetur.

31 Pretium non ſuccedere loco rei, in negotiis feudalibus, communis eſt opinio.

32 Idem & noviſſimo Saxonum iure deciſum extat.

33 In obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe: ideoque ad factum præciſe compelli nequit, ſed præſtando intereſſe liberatur, qui facturum ſe quid promiſit.

34 Inveſtitura eſt formale requiſitum feudi.

35 Inveſtitura propria eſt poſſeſſio, & rei, ſive poſſeſſionis traditio.

36 Idem in mobilium inveſtiturâ obtinet, quarum traditio fit per realem depoſitionem ſummæ in feudum datæ, aut per clavium & inſtrumenti traditionem.

37 Pecunia feudalis non eſt, ex ſolo pacto: ſed requiritur traditio actualis.

38 Feudum rectè conſtituitur etiam in pecunia, ſi illa ſtatim ad Curiam Domini deponatur, & deſuper inveſtitio fiat.

39 Traditio vera eſt, quâ res corporalis mobilis, de manu in manum transfertur.

40 Traditio ficta, ſive abuſiva eſt, quâ res, quæ verè tradita non eſt, tradita eſſe fingitur, ſive, per brevem manum, ſive dato aliquo ſymbolo, rei traditionem repræſentante, ut ſi claves tradantur.

41 Traditionibus, non nudis pactis, transferuntur dominia rerum.

42 Nuda rei traditio, ſive reſignatio, nihil certi concludit pro feudi conſtitutione.

43 Verba eiuſmodi in feudi pactis & contractibus adhiberi oportet, quæ feudi conceſſionem ſignificent, & importent.

44 Velle nemo præſumitur, quod expreſſe non dicit.

45 Inſtrumentum, quod non dicit, neque nobis dicendum.

46 Voluntas diſponentis colligitur ex modo & forma producendi.

47 Nemo præſumitur eam eligere viam, per quam iudicia ſua ſubvertantur.

48 Omnes actus, ſecundum intentionem & mentem agentium, interpretationem recipiunt: neque ultrà vim ſuam & effectum porriguntur.

49 Ad traditionem ante omnia requiritur voluntas & conſenſus.

50 Iuramentum fidelitatis eſt de feudi ſubſtantia.

51 Feudi naturam, ne quidem ex iuramento agnatorum pecunia inducit.

52 Qui rem mobilem in feudum dans vel accipiens, fidelitatem Domino iuravit, non obligatur: quoniam contra ſubſtantiam contractus eſt.

53 Inveſtituræ renovatio, intra annum & diem fieri debet poſt mortem vaſalli, aut aliam quamlibet feudi mutationem, alias feudum Domino ſtatim aperitur.

54 Ex obſervantiâ ſubſecutâ, in quolibet materia, voluntas præcedens declaratur.

55 Obſervantia interpretatur, atque declarat actus naturam.

56 Obſervantia plurimum prodeſt ad actus dubii interpretationem.

57 Heredes allodiales tenentur ad intereſſe ſucceſſoribus feudi, ſi unus eorum, pecuniam ad feudi emtionem deſtinatam, in feudum non converterit.

58 Succeſſor feudi, etiam ubi pactum, de pretio ad feudi emtionem deſtinato certum eſt, intereſſe docere tenetur, & illud pleramque ad minimum reducitur.

59 Reſpondetur ad contraria, quod pecunia, ex feudo vendita, adquiſita, feudalis ſit, & ad ſucceſſores feudi pertineat, remiſſivè.

FACTI SPECIES.

NAch † abſterben A. hatt deſſelben gut B. propter urgens æs alienum, verkaufft werden müſſen. Detracto ære alieno, vnd/nach entrichtung aller ſchulden/ ſindt dem Vnmündigen Sohn/vnd Erben/ an der Kauffſum obbemelten gutes/ etwa NN. fl. vbrig verblieben. Vnd haben die Vormunden/ als des verſtorbenen Brüdere/ vnd verkauffere/ bey dem Kauff/ mit keinem wort erwehnet/ daß die vbermaß/ an den Kauffgeldern/ Lehn ſey/ oder ſeyn ſolte. Fünff gantzer Jahr/ nach ſolchem Kauff/ ſtirbt der vnmündige/ vnd maſſet ſich nunmehr/ die leibliche Mutter/ jure ſucceſſionis ab inteſtato, ſeiner verlaſſenſchafft/ vnd Bahrſchafft der NN. fl. vnd was denſelben ſonſt zugehörig/ billich an: Bittet auch daß ſie zuforderſt/ in bonorum poſſeſſionem kommen/ vnd jhres Sohnes Erbſchafft/ jhr zuerkandt werden möge. Manifeſtum enim eſt, † quod mater ſuccedat liberis, communi, & imperij, & Saxonicæ provinciæ, jure: *text. in §. conſequens. Novel. de hered. ab inteſtat. venien.* Landrecht *lib. 1. articul. 17. Franc. Pfeil. lib. 1. conſil. 99. num. 8. & lib. 2. conſil. 114. num. 3. Iohan. Vincent. Honded. vol. 2. part. 1. conſult. 12. num. 13. ubi plures alleg.* Darwieder aber/ excipiren obengedachte Vormunden/ vnd Vettern/ vnd geben vor: Es † ſey/ jhres Sohnes Bahrſchafft/ der NN. fl. Kauffſumma/ Lehn/ vnd gebühreте jhnen/ alß den Lehnsvettern: ut conſuluit *Henning. Goden. conſil. feudal. 18. num. 3.* ea ratione, † quod ſurrogatum ſapere debeat naturam ſui ſurrogati, &, idem de illo, quod, de hoc, judicandum ſit: *l. ſi eum. §. qui injuriarum ubi not. per Dd. ff. ſi quis caution. l. ſi donata. §. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ſi & rem. ibi: quia poteſt. ff. de petit. heredit. l. duobus. §. quod reus. ff. de jurejur. l. filia. 28. §. Titia. ff. de condit. & demonſtrat. Dan. Moller. ad conſtitut. Sax p. 3. conſtitut. 21 num. 2. & num. 11.* &c, † quod, pecunia, ſuccedat loco rei, in vniverſalibus: *l. ſi rem. 22. ff. de heredit. petit.* eſtq; † pretiũ loco rei: *l. quia qui pretio. ff. de uſufruct.* reſque † ipſa videtur abeſſe illi, cui pretium abeſt: *l. Labeo & Sabin. ff. de verb. ſignific. l. planè. §. quod ſi rem. ff. de legat. 1. Andr. Kohl. exercit. jur. civil. 2. num. 7. & exerc. 11. num. 21.* atque ſic etiam, in ſpecie, quod, multis retro jam annis, Scabinatus Saxoniæ, pecuniam † ex feudo redactam, pro feu-

do haberi, nec computari inter allodialia, ſed pertinere
ad ſucceſſores feudales, obtinuerint, & ita pronunciarint, teſtem ſe præbet, *Matth. VVeſſenb. in tract. de feud. cap. 7. quæ res in feud. dar. num. 9. fol. 135.* Zu deſſen wiederlegung/ vnd/ daß erwehnete Kauffgelder/ billich/ vor Erbe/ gehalten/ vnd der Wittiben zuerkennet werden ſollen/ ſind folgende motiven zuerwegen/ vnd dißfals in acht zunehmen.

Erſtlichen/ iſt zu recht klar vnd außdrücklich verſehen:
9 Quod, quælibet † res mobilis præſertim, non feudalis, ſed allodialis, & libera potius eſſe, præſumatur: *c. 1. §. 2. ſi de feud. defunct. contr. ſit int. dom. Afflict. in c. un. num. 280. ex quib. cauſ. feud. amit. Alvarot. in c. 1. de controv. int. maſc. & fœm. ubi communem eſſe ait Dd. opinionem. Bald in c. 2. ſi de feud. def. cont. Menoch. 3. præſum. 91. num. 1. & ſeqq. Her. Vult. lib. 1. de feud. cap. 3. num. 10. ubi hanc ſententiam innumero penè Dd. ſuffragio corroborant: quibus adde, Cacher. deciſ. 32. Borch. de feud. cap. 2. num. 14.* Dahero/ vnd weil die Wittib/ dieſe præſumtion, vor ſich hat/ müſſen hiergegen/ die Lehnsvettern/ erweiſen/ vnd gnungſam darthun/ daß die gelder/ nicht Erbe/ ſondern Lehn ſein: vnd zwar muß ſolches beſchehen/
10 nicht vulgariter, vnd in genere: Sondern † ſpecifice, probationibus validiſſimis, & luce meridiana clarioribus: *l. fin. in princ. ibi: Sed hujuſmodi præſumtioni debet apertiſſimas probationes opponere. ff. quod met. cauſ. l. ſi chirographum. ff. de probat. cum ſimilib.*

Vors ander/ da nun/ obgemelte Lehnsvettern/ daß dieſe Kauffgelder/ Lehn weren/ zubeweiſen ſich vnterſtehen wolten/ können doch/ weder die materialia, noch auch die formalia feudi, dißfals ſtadt finden: vnd müſſen ſie/ auch vber jhren willen/ dieſe gelder/ ſo wol einen/ alß den andern weg/ Erb ſein/ vnd bleiben/ laſſen. Quoad materialia feu-
11 di, iſt gantz vnverneinlich: Pecuniam, † aliamve rem mobilem, ne quidem ſub cautione quaſi uſusfructus earum rerum, quæ uſu conſumuntur, in feudum dari: *textus expreſſus, in c. unic. § ſi vaſallus de beneficio. ſi de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. & agn. vaſ. in verb. nam, & tranſigere rectè poterit, nec, quod accepit, tranſactionis nomine, feudum erit. c. un. §. ſciendum. de feud. cognit. c. un. ſi de feud. vaſal ab aliq. interpel. fuer. VVeſſenb. in tr. de feud. c. 7. Zaſ. de feud. part. 4. nu. 21. Sonsbec. p. 8. num. 27. Borch. cap. 6. nu. 14.* & eſt hæc communis Dd. opinio, quos vide, apud *Roſenth. cap. 4. concluſ. 7. ſub lit. a Henning. Göden conſ. 73. num. 1. Schurff. conſ. 22. cent. 3. Fichard. conſ. Germ. 21. n. 4. & conſ. 33. num. 6. Schneid. p. 2. feud. num. 18. & ſeq. Schurf. cent. 3. conſ. 22. num. 2.* imò,
12 † ne fratrum, vel agnatorum conventio, ut pecunia ſit feudum, valet: *Andr. de Iſern. & Afflict. c. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliq interpel. fuer. Borch. d. c. 6. num 14. verſ. imò inter agnatos. Roſenth. de feud. c. 4. concluſ. 11. Modeſtin. Piſtor. conſ. 5. num. 28. Autor. different. Iur. civil. & Saxon. tit. de feud. different 26.*
13 *in fin.* feudique † naturam, pecunia, ne, ex jurata quidẽ fratrum, & agnatorum conventione, induit: *Iſern. Prepoſ. Afflict. & Feudiſta communiter in d. c. ſi vaſ. ab aliq. interpel. fuer. Bald. ibid. num. 6. Borch. d. num. 14. Roſenth. d. concl. 11. n-*
14 *bi plures alleg. Ioh. Köppen. deciſ. 18. num. 6.* nec † obligatur, qui rem mobilem, in feudum dans, vel accipiens, fidelitatem danti, vel accipienti domino juravit: quoniam contra ſubſtantiam contractus eſt, ideoque â jure reprobatum, atque ſic, ſuper impoſſibili, de jure, præſtita fidelitas, exiſtit nulla: *arg. § impoſſibilis. Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. non ſolum. 31. ff. de oblig. & action. & per ea, quæ notat Schrad. p. 3. De feud. cap. 1. num. 10. Schurff. conſ. 12. n. 2. cent. 1. ubi communem dicit. & Schneid. p. 2. de feud. num. 23.* Idque
15 † ampliant, ut, dans in feudum pecuniam, non obſtante juramento, eandem condictione ſine cauſa repetere poſſit, modo id ignorans, feudum, in re mobili, non cõſiſtere, fecerit: *Alvar. in d. c. 1 ſi de feud vaſal. n. 6. Prepoſ. num. 2. poſt Iſern. num. 3. Afflict. num. 17. Laudenſ. num. 3. Schneid.*
16 *d. p. 2. num. 23. Schrad. d. loc. num. 11.* Si † vero ſcienter factum, & is, qui pecuniam accepit, aut dedit, ſervire, &
fidelitatem juratam ſervare paratus ſit, ut tum hic contractus, non ut feudum, ſed ut contractus innominatus ſubſiſtat: *Iſern. in d. c. 1. num. 2. 3. ſi de feud. vaſal. ab aliq. interpel. Alvarot. ibid. num. 6. Prepoſ. num. 1. & 2. Afflict. num. 17. dicens, tum illum ſervire ſine feudo Schrad d. p. 3. cap. 1. num. 12. Zaſ. d. p. 4. num. 22.* addens Iſerniæ opinionem, quod, ſcilicet, juramentum non valeat, ſibi veriorem videri. *confer. Ioh. Niel. in diſputat feudal. 3. theſ. 3. circa med. lit. c.* Quin
† etiam, ſi is, qui pecuniam in feudum domino obtulit, 17
aut â domino accepit, & fidelitatem præſtitit, conventioni ſtare nolit, obligationem ſuam, quaſi ex cauſa invalida præſtitam, domino etiam invito, condicere, &, ut liberetur, agere, vel domino agente, ut promiſſa ſervet, doli exceptione, ſe tueri poteſt: *Alvarot. in d. c. 1. num. 6. Prepoſ. d. num. 2. per l. ſi quis accepto ff. de condict. ob cauſ. Afflict. num. 17. poſt Iſern num. 2. & 3. ſi de feud. vaſal.* maximè,
† ſi Dominus agens velit, ut talis contractus aliter non 18
valeret, quam jure feudi: tum enim, quia jure feudi, valere non poteſt, planè nullus erit, & irritus: *Claud. Seyſell. in rubr. quæ res in feud dar. poſſ. & rubr. de definition. pag. 56. ubi inquit: ſic omnes concludere: in l. 1. § ſi quis ita. ff de verb oblig. & in l. ſi quis ante ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. in d. l. 1. §. ſi quis. nu. 5. Caſtrenſ. num. 3. Alexand. num. 10. Iaſ. num. 19. Zaſ. num. fin. Roſenth. tract. feud. cap. 4. concl. 7 in fin. ubi addit, ſe non videre contradicentem.* ob id, quia materiæ vitio laborat, per antededucta: quo caſu, † ſi actus non valet, ut agitur, nec 19
alio modo valere poteſt: *Bart. in l. 1. §. ſi quis ita num. 5. ff. de verb. oblig.* ubi, in brocardico illo: ſi † non valet, ut agitur, 20
valeat quocunque modo valere poteſt, differentiam, inter materiam & formam, facit Bartol. ſaltem, quando agitur, de obligatione diſſolvenda: non etiam, de contrahenda: tum enim, ſine diſtinctione tenet. quod, non valeat, alio modo, quam agitur, ubi de contrahenda obligatione, ex duorum conſenſu dependente, tractatur: quem ita ſimpliciter ſequuntur, *Bald. Alexand. Rom. Angel. Caſtrenſ. ibid. in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff de verb oblig. communem ait Covar. in epit. decretal. part. 1. cap. 5. num. 2. facit l. 1. §. eum qui ff. de conſtit. pecun.* amplius, etſi valeat conventio, ut pecunia, ex venditione, aut fructibus feudi, redacta, in emtionem feudi convertatur: ipſum † tamen feudi 21
pretium, ſeu pecunia, ex feudo comparata, vel ad feudi emtionem deſtinata, feudum non eſt, nec feudum fit, ex conventione etiam jurata: *VVeſſenb. conſ. 79. Schurff. conſ. 22 cent. 3. & cent. 2. conſ. 21. ubi communem eam dicunt, & alij per Roſenthal. in ſynop jur. feud. cap. 4. concluſ. 21. allegati. Erneſt. Cothman. conſ. 2. num. 327. & ſeq. & conſ. 29. num. 79. Herm. Vult. in tr. feud. lib. 1. c. 5. num. 10. Dan. Moller. part. 5. Conſtitut. Saxonic. 3. num. 5. Ioh. Köppen. quæſt. 18. per tot. Elect. Conſtitut. Aug. p. 3. conſtit. 30. Frider. Pruckm. conſ. 2 nu. 407. & conſ. 28. num. 53. & 56. & conſ. 50. num. 518.* Cujus rei peculiaris ratio colligitur, *ex tit. 52 & 55. lib. 2. de feud.* hæc nimirũ,
quod † res, quæ uſu conſumuntur, citra alienationem 22
inutiles ſint: quæ alienatio feudi naturæ repugnat: *Iohan. Niel. in diſput. feudal. 3 Theſ. 3. lit. c.* eſtque † pecunia, de re- 23
bus, quæ ſervando ſervari non poſſunt: *§. conſtituitur. Inſtit. de uſufr. l. Iulianus. de petit. heredit. l. Ariſto. §. fin. cum. l. ſeq. de jur. deliber. Frider. Pruckm. conſ. 24. num. 111.* Vnde † dici- 24
tur pecunia computata res ad expendendum: *l. igitur. de de jure delib. l. 1. de contrahend. emt. & vendit.* &, † quæ, ſola 25
commixtione, conſumitur, & pleno jure ad aliquem ſpectat: *l. ſi alieni. ff. de ſolution.* Tum & hæc eſt † ratio, 26
quod, in quolibet feudo, Dominus jus directi dominij: & vaſallus utilis dominij, ſive uſumfructum habeat: *c. 1. in fin. tit. de inveſtit. in re alien. fact. c. fin. in quib. cauſ. feud. amit.* In pecunia autem nullum poteſt eſſe jus directi dominij: Siquidem † eſt res conſumtibilis, & inter mobi- 27
lia habetur, etiam tum, quando ad computationem prædiorum deſtinata eſt: *Dd. in l. cætera. §. ſed ſi paraverit. ubi Iaſon. num. 22. ff. de legat. 1. ubi communem dicit: Boer. deciſ. 209. nu. 1. Frideric. Pruckm. conſil. 13. num 132. & conſ. 28. num. 37.*

Licet

Digitized by Google

28 Licet † ergo convenerit, ut pretium ex feudo redactũ,
ſit feudum, vel loco feudi, & hujuſmodi conventio ju-
rejurando confirmata ſit: cum operari non poſſit, ut ſit
feudum; neque etiam hoc operabitur, ut heredes feuda-
les præcipuum illud habeant, quandoquidem ſit unicũ
pactum, nimirum, ut pecunia ſit feudum, & per ſe inva-
lidum, nullam gignens effectum: *VVeſſenb. in tr. de feud.*
cap. 7. Borch.c.6.num.14.Schrad.part.3.cap.1.num. 8. & ſeq.
Herm.Vult.tr.feud.cap.5.num.10. verſ. atque hanc ſententiam:
29 *ubi plures allegat,* Deſtinatum † enim iis, ubi facto opus
eſt, pro infecto habetur; *Gail.2.obſervat.11.num.5.* Et,
30 † nunquam in toto jure, pecunia, emtioni, vel compa-
rationi alicujus rei deſtinata, atque addicta pro re, cui
deſtinabatur, aut addicebatur, habetur: ut in ſpecie de-
cidit *Iaſ.in l. cætera.§ ſed ſi paraverit.num.1.per illum text. ff.de*
legat.1.Felin.in c.cum adeo.num. 2. extr. de reſcript. Tiraq. de
utr. retract. part. 1. §. 1.gloſ.7.num.110.Coraſ.in l.qui liberos. n.
42.ff.de rit.nupt. Alciat conſ. 181.num. 2 & 4. lib. 9. accedit
item, quod opinio habens in feudis, loco rei, pretium
ſuccedere, communiter ſit damnata, atque exploſa: ne-
31 gativa † verò hujus contraria pretium non ſuccedere
loco rei, in negotijs feudalibus communi conſenſu &
ſuffragio recepta: uti decidunt *Bl.in c. 1.num.6. ſi de feud.*
Vaſall.ab aliq. ſuit. interpel. Iaſ.in l. ſi eam ſervum.num. 6.ff. ſi
cert.pet. Tiraq.de utr. retr. part.1.§.32.gloſſ.1 nu.20. VVeſſenb.
de feud. cap.7.n.9.Borch.d.c. 6.num.14.Conſil.Lipſenſ. quod ex-
32 *tat poſt quæſt.Hartm Piſtor.27 lib.2.num.9.* Idque † ita no-
viſſimo Saxonum jure eſt deciſum: *part.3.Conſtitut.Saxon.*
30. Ubi Elector hujuſmodi pecuniam, non ſucceſſori-
bus feudi, ſed heredibus adjudicari jubet, ita tamen, ut
ſucceſſoribus feudi, ad intereſſe illi teneantur, juxta id,
33 quod traditur: In † obligationibus faciendi ſuccedere
obligationem ad intereſſe; ideoque eum, qui facturum
ſe quid promiſit, præciſè ad id compelli non poſſe, ſed
præſtando intereſſe liberari: *l. ſi quis ab alio.in fin. ff.de re ju-*
dic. l.ſi pœnam. l ſtipul. non divid.verſ.Celſus.ubi omnes notant. l.
ſi quis ſtipulatus.l.ſi quis ita.ff. de verb. oblig. Dan. Moller. ibid. d.
Conſtitut.30.num.3. & ſeqq. Verba ſunt expreſſa; Wenn
einer ex pacto zuſaget/ ſein geld/ daß er von dem Lehngute
bekombt/ wieder an Lehn zuwenden/ vnd ſeine Brüder in
die geſambte Hand zubringẽ/ vnd er verſtürbet/ ehe dann
ſolches geſchicht/ daß alßdann dieſes geld/ auff ſeine Er-
ben verſtellet werde.

Vors dritte/ Quoad formalia feudi requiſita, welche
in omni feudi conſtitutione, præciſe requiriret, vnd er-
fodert werden/ können offtgemelte Lehnsvettern dieſelben
auch nicht juſtificiren, vnd beybringen: die aber doch be-
vorab/ vnd ſonderlich/ hoc noſtro caſu, dann/ Erb vnd
eigene güter/ oder bahres geld/ zu Lehen gemacht/ vnd vor
Lehen gehalten werden mögen/ dermaſſen erfolget ſeyn
müſſen/ daß wenn eines deſſelben mangelt/ die verwande-
lung der Erbgüter ins Lehn/ an ihr ſelbſt vergebens/ null
vnd nichtig iſt/ vnd keine Lehnsgerechtigkeit/ oder anfall
dem Lehnsherren/ oder nechſten agnaten/ dadurch zu-
wechſt.

34 Daß erſte requiſitum † formale iſt/ Inveſtitura, ſive
traditio realis, daß nemblich/ vor/ oder bey der recogni-
tion vnd annehmung der Erbgüter zu Lehn/ deroſelben
aufflaſſung/ tradition/ vnd entreumung/ daneben auch et-
licher Zeit beſitzung würcklich erfolge: *c. 1. de conſuetud. rect.*
feud. l.1.in princ ff de acquir poſſeſſ. Ad feudi enim perfectio-
35 nem ſemper opus eſt, propriam † ſubſequi inveſtiturã,
quæ nihil eſt aliud, quam poſſeſſio, & rei, ſive poſſeſſio-
nis traditio: puta, ſi me, in rem inducas, & te eam mihi
in feudum dare, coram paribus Curiæ dicas, vel, vade in
poſſeſſionem iſtius rei, & eam feudi nomine tene: *Beluiſ.*
& Laudenſ num. 12. Alvarot.n.2 & alij: quid ſit Inveſtitura per
illum text. & ibid. Dd.in c.1.de Conſuet. rect. feud. ubi caſus ex-
preſſus. Unde, ſi ſaltem in poſſeſſionem me induceres, nec
diceres aliud, non foret feudum *Laudenſ.d.num.12. Iacob.*
de S. Georg in verb. Inveſtitura talem num.1.& 11. arg. l.nunquam
nuda.31. de acquir. rer.domin. l.cum de indebito. de probation. Id-
que, in † mobilium etiam Inveſtiturâ obtinet, quorum 36
traditio ita fit, ut per naturam poteſt, non quidem per
immiſſionem in poſſeſſionem, quæ immobiliũ eſt pro-
pria: ſed, per realem diſpoſitionem ſummæ in feudum
datæ, aut per inſtrumenti, claviumque traditionem,
quamvis hæc ſaltem abuſiva eſſet inveſtitura, contra
quam pro illa ſuadet, *VVeſſenbec.conſ.79. num.18.* Cum,
ex † ſolo pacto, pecunia feudalis non ſit, ſed traditio a- 37
ctualis requiratur, & ſumtuoſum videatur, tales perſe-
qui, præſertim ejus quod intereſt, quod plerumque ad
minimam reducitur: *l. final.de prætor. ſtipulat.* ut pecuniam
ſtatim ad Curiam domini deponant, pro feudali, & ſe,
de ea inveſtiri curent. Hac † enim ratione etiam in pe- 38
cunia ſic ad Cameram domini translata, rectè feudum
conſtitui, verum eſt: *c.1.quib.mod. feud. conſtit. c. 1. ubi Dd.*
de nat.feud Alvarot. & Prepoſ.in c.1.de feud. cognit. Zaſ. in Epit.
feud. part.12.n.31. Et, directum dominium ab utili, quo-
rum utrunque eſt in feudo, diſcernitur: quia Dominus
feudi pecuniam retinet, &, in ea jus directum, unde va-
ſallo quotannis penſiones & reditus pecuniæ, velut
fructus feudi civiles penduntur: *l. ſi navis 62. de rei vindic.*
l.jubemus. 14.ubi gloſ. & Dd. verb.annonas. C.de SS. Eccleſ. Ti-
raq. de retract. proxim. §.1. gloſ.6.num.45. Ad minimum ve-
rò opus eſt, ſi pecunia, in feudum converſa, aut conver-
tenda, ad Cameram Principis, vel domini, translata non
ſit, ut ſaltem tradatur domino, & agnatis ſimultaneè in-
veſtitis, ad momentum & horam: verè, per realem
ipſius pecuniæ, de mano, in manum depoſitionem: a-
buſivè, per clavium aut inſtrumentorum exhibitionem.
Vera † enim traditio eſt, qua res corporalis mobilis, de 39
manu, in manũ transfertur: *§. per traditionẽ. 41. Inſtit. de rer.*
diviſ. l. 43. §. 1. ff. de acqu. rer. domin. Ficta, † ſive abuſiva, qua 40
res, quæ verè tradita nõ eſt, tradita eſſe fingitur, ſive per
brevẽ manũ, putà, quando is, cui res tradi debet, jã ante
eam habet: tunc enim ſufficit, dantem, & accipientem
conſentire, in dominij translationem: tranſitque domi-
nium, licet vera rei traditio non interveniat: *§. interdum.*
44.cum ſeqq Inſtit. de rer. diviſ. l 9. §. 5.6. l.21. §. 1. ff. de acquir.
rer.domin. l.3 §.20.ff.de acquirend. poſſeſſ. Sive, dato aliquo
Symbolo, rei ipſius traditionem, repræſentante, ut, ſi cla-
ves tibi tradam ad conclave, & arcam, ubi eſt pecunia
in feudum data: *l. 9. ff. de acquir. rer. domin. l.1. C. de donation.*
Ratio eſt: quia, per feudi conſtitutionẽ, dominiũ tranſ-
fertur; vnd acquiriret jhme der Lehnsherr in ſolchen fällen;
wann Erb/ vnd eigene güter/ vnd Bahrſchafften/ zu Lehn
gemacht werden/ daß dominium directum, ex naturâ
feudi. Nun werden aber dominia rerum transferiret,
nicht nudo pacto: Sondern per traditionem. Traditio-
nibus † enim, non nudis pactis dominia transferri, om- 41
nibus notum eſt: *l. traditionibus. 20. C. de pact. l. traditio ff. de*
acquir. rer. domin. § per traditionem. Inſtit. de rer diviſ. In ſumma,
† daß auch durch bloſſe aufflaſſung/ vnd abtretung/ oder 42
bloſſe empfahung der Lehn; vnd dann/ auß einem bloſſen
Lehnbrieffe/ nichts gewiſſes pro feudi conſtitutione zu-
ſchlieſſen: *part.2. Conſtitut. Saxon. 39. §.* Dann/ wann daß
gut. Wenn nicht in Specie dabey gemeldet wird: quod feudi
eſt propriũ: Daß aller/ vnd jeder Bahrſchafft/ würckliche
aufflaſſung/ vnd entreumung beſchehen/ vnd daß der
Lehnherr ſolcher Bahrſchafft die art/ vnd eigenſchafft
des Erbes benohmen/ vnd es in Lehen verwandelt habe:
facit expreſſus textus lib.1. Landrecht artic.34. Unde apparet,
daß auch nach gemeinem Landrüblichen Sachſenrecht
pro requiſito ſubſtantiali, die würckliche entreumung/
vnd etlicher Zeit beſitzung der zu Lehn recognoſcir-
te güter/ erfolget ſein müſſe. Verba ſunt; Welcher Mann
ſeyn eigen gut/ ſeinem Herren aufſgibt/ vnd daß wieder zu
Lehn empfehet/ dem Herren hülffe die gabe nicht/ er behal-
te dann daß gut leiblichen in ſeiner gewehr/ Jahr vnd tag.
Vid. VVeſſenb.conſil. 79 in fin. ubi ſuadet, ut pecunia ſtatim ad
Cameram deponatur pro feudali: adde Moller. part. 3. Conſtit. 30.

nu. 6. ubi amplius monet: Quando ad Cameram Principis non ſit translatio rerum in feudum datarũ, ad minimũ de ſtylo Curiæ, in literis Inveſtituræ poni oportere. daß der Lehnsherr/der auffgelaſſenen Bahrſchafft/die Natur des Erbes genommen / vnd daſſelbe geld zu Lehen gemacht habe. Nun kan hoc noſtro caſu, von gegetheilt kein Lehnbrieff produciret werden: Daß dieſe kauffgelder jemals Lehn/ oder zu Lehn auffgegeben vnd recognoſciret werden. Ja es haben zwar offtgedachte Lehnsvettern/ nach des vnmündigen Tode/die Lehn geſucht / aber beym Ambt einige verleihung / nun erſt / nicht erlangen können.

Daß ander requiſitum formale, iſt / expreſſa donantis voluntas: daß nemblichen/ deß jenigen / der die belehnung/vber ſeine Erbgüter/annimbt/ außdrücklicher / klarer wille/vnd meinung ſey/ auch in dem Nahmen/vnd zu dem inhalt dieſelbe begehre / vnd annehme / daß er/ ſeine Erb/vnd eigene güter/ dadurch dem Lehnsherren vbergeben/ vnd von jhme/hinwieder zu Lehen/ annehmen wolle. Welches den/ dermaſſen notwendig/ daß/ ob ſchon einer/ ſeine Bahrſchafft zu Lehn auff gebe/ vnd darüber/ eine belehnung annehme/ vnd doch ſeyn wille/ gemüht/ vnd meinung nicht wehre/ daß ſeine Erbgüter dadurch ins Lehn verwandelt werden ſollen/ ſo würde hierdurch doch kein Lehnſchafft eingeführet/vnd were alß dann / ſolche recognition, vor nichts: Dieſelben Erbgüter auch/ vnd bahrſchafften/würden dadurch in Lehn nicht verwandelt: Dem Lehnsherren wüchſe auch kein Lehnsgerechtigkeit daran zu/ſondern die güter verbliebẽ/in jhrem vorigen ſtande/deß Erbrechtens: prout hoc, in ſpecie, & punctualiter, late tradit *Carol. Molin. §. 1. gl. 5. n. 21. & num. 23 cum ſeqq. per ibi alleg. Burſat. conſ. 46. num. 17. Rol. à Val. conſ. 50. num. 63. vol. 3.* Inſonderheit/ muß dieſes allenthalben/ gantz klar / vnd kuntbar ſein/per verba diſpoſitiva, & inductiva translationis dominij, vnd nicht etwa nur angedeutet werden.

43 Generaliter † enim, talia, in feudi pactis, & contractibus, verba, adhiberi oportet, ut, feudi conceſſionem, ſignificent, & importent: *Roſenth. in ſynop. feud. cap. 6. concl.*

44 *28. & 29. ubi plures alleg.* nemo † enim præſumitur velle, quod expreſsè non dicit: *l. liberto. §. pen. de ann. legat. l. Labeo. §. idem Tubero ff. de ſupellect. legat.* ex quo, vulgatum il-

45 lud, quod † inſtrumentum non dicit, neque nos dicere debemus: *l. ſi ſervum. §. non dixit ff de acquirend hered Tiraq. in l. ſi unquam. verb. libertis. num. 11. C. de revoc. donation.* item

46 illud, † voluntatem diſponentis, colligi, ex modo, & forma producendi: *Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. col. 4. Alexand. conſil. 55. col. 2. vol. 5. Gravet. conſil. 2. num. 8.* ne-

47 minemque † præſumi eam elegiſſe viam, per quam ju-

48 dicia ſua ſubverterentur: *l. 3. ff. de teſtam. milit.* omnes † actus, ſecundum intentionem, & mentem agentium, interpretationem recipere: neque ultra vim ſuam, atque effectum porrigere: *l. obligationum. de action. & obligat. l. ſi is qui. §. fin. ff. commod. l. non omnis. ubi Iaſon. ff. ſi cert. petat.* Ratio, ſecundi hujus requiſiti, dependet à priori. Feudum enim, non nudo pacto, ſed traditione conſtitui-

49 tur. Ad † traditionem autem, ante omnia, requiritur, voluntas & conſenſus: *l. quæ ratione. 9. § 3. l. ſi procurator. 35. l. cum in corpus. 36. ff. de acquir. rer. domin. l. in omnibus. 55. ff. de obligation. & action.*

Daß dritte requiſitum formale, iſt / juramentum fidelitatis: davon/ ex conſueto Curiæ ſtylo, dieſe clauſula, in den Lehnbrieffen/ paſſim zubefinden: Darauff vns dann/die NN. gewöhnliche gelübt/ vnd Eyde gethan/ davon/vns vnd vnſerer Cron Behemb zu dienen / alß

50 ſolcher Lehn recht iſt. Quodque, † de ſubſtantia feudi, ſit juramẽtum fidelitatis, prorſus dubio caret: *c. un. qual. jur. deb vaſal. c. un. de form. fidelit. c. un. de nov. form. fidelit. Roſenth. in ſynopſi. cap 6. §. 42. & ſeqq & §. 158. cum ſeqq. Duaren. de feudis, cap. 7. num 9. Curt part. 2. quæſt 3. VVeſſenb. cap. 8. n. 20. & ſeqq. Schrader. part. 5. cap. 3. n. 3.* Wann auch / offtgemelte Lehnsvettern/ vber dieſen Kauffgeldern/ daß Iuramentũ fidelitatis gleich geleiſtet hetten/ ſo weren doch dieſelben hierdurch nicht Lehen worden. Feudi † enim naturam: 51

pecunia, ne quidem, ex juramento agnatorum, induitur: *Iſern. Præpoſ. Afflict. & Dd. communiter, in c. ſi vaſal. ab aliq. interpel. fuer. Roſenth. d. concluſ. 11.* nec † obligatur, 52

qui rem mobilem, in feudum dans, vel accipiens, fidelitatem domino juravit, quoniam contra contractus ſubſtantiam eſt, ideoque à jure reprobatum, atque ſic, ſuper impoſſibili de jure, præſtita fidelitas, exiſtit nulla: *arg. §. impoſſibilis Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. non ſolum. 31. ff. de act. & obligat. Schrad. part. 3. de feud. cap. 1. num 10.* Wann auch/ dieſe Kauffgelder/ Lehn ſeyn ſolten/ dieweil / ein † jedes feu- 53

dum, poſt mortem vaſalli, aut aliam quamlibet feudi mutationem, in Jahr vnd tag/von dem Lehnsfolger recognoſciret werden muß/ohne diß/ feudum pro aperto, gehalten/vnd dem Lehnsherren eröffnet/ wird: *c. 1. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit. c. 1. quo temp. mil. inveſt. pet. deb. c. 1. de capit Conr. c. 1. quoniam. de prohib. feud. alien. per Lothar. Curt. Iun. p. 4. num. 48. Zaſ. p. 7. num. 1. VVeſſenb. cap. 8. n. 3 Schrad. p. 6. c. 2. num. 73. Duaren. de feud. cap. 14. num 2. in fin. Borch. de feud c. 8. num 4. Vult. cap. 7. num. 61. Roſenthal. quæſt. 30. num. 1. in fin.* Vnd aber/ obgenante Lehns Vettern / poſt venditionem feodi, die Lehen/ vber vielerwehnete Kauffgelder/niemals geſucht/ da doch viel Jahr ſchon darüber verſtrichen/vnd daß fatale renovationis Inveſtituræ, vielfältig verfloſſen / were ſolcher reſt/der Kauffgelder an jhr Majeſtet alß ein eröffnet Lehn verfellet/vnd hetten/ die gemelten Lehnsvettern/ daran kein intereſſe, oder anfoderung Ob auch dieſelben/hieran einig intereſſe, jemals gehabt/ würden ſie deſſen/ bey der Kauffhandelung/ vnd ſolgenes / bey abzahlung der ſchulden/ ſich wol haben erinnert, vnd angegeben. Dieweil aber ſolches von jhnen/oder dem Lehnherren/oder ſonſt jemand anders / nicht beſchehen/wil dahero notwendig folgen/daß es/ durchauß/ kein

Lehn ſey: Ex † obſervantia enim ſubſecuta, in quålibet 54

materia voluntas præcedens declarari ſolet: *l. ſed Iulianus. §. proinde ff ad Macedon. §. pavonum. Inſtit. de rer. diviſ. Bart. in l. cæteræ §. fin ff. de legat. 1. Gravet. conſ. 101. n. 3. vol. 1. Menoch. conſ. 349. num. 15 lib. 4.* eſtque tralatitium, obſervantiam

† interpretari atque declarare actus naturam: quod, in 55

terminis feudi tradunt, *Alciat. reſponſ. 199. num. 129. Menoch. conſ. 2. num. 264. & conſ. 32. n. 45. & 64. lib. 1. &c.* † plu- 56

timum prodeſſe, ad actus dubij interpretationem; ut ſcribunt, *Dec. conſil. 441. num 13. & conſil. 283. num. 7. Gravet. conſil. 102. num. 12. & 226. num. 6. Natta, conſ. 192. nu. 4. & conſ. 406. num. 18 Menoch conſ 191. num. 84.* Ob auch

wol/in ſolchem Fall/wann † Brüdere ſich getheilet/ vnd/ 57

tis repetitione non præferatur: (quod judicando ſequi-
tur ſupremus Senatus Appellationum Regni Bohemiæ,
vt extat præjudicium ſive exemplum Anno 1597. & alia
vetera, in cauſſa Euſtachij à Trandorffs, contra heredes
Johan Schreibersdorff Wittib / de quo habetur ſupra
conſ. 27. vol. 2. n. 29.) Sed ſtante ſententiā Juſtinianeâ, ad-
huc pro venditore, qui obærato rem vendidit, cautela
eſt, vt dominium ſibi retineat; quod communiter fieri
teſtatur *Capoll. in cautel. 124.* Sed juris rationem, an, &
quomodo fieri poſſit, non attingit: quod quale ſit, paulò
poſt in ſecundo caſu preſſius perſequemur. Sed in-
dum circa primum hunc caſum ſæpiſſimè facti quæſtio-
nes: An fides propterea habita ſit, nec ne. Plerumq; enim
venditores, vbi ob hoc ipſum circa perſecutionem rerū
venditarum ſeſe periclitari vident, hoc ipſum negant.
Ex re itaq; diſpiciendum eſt judici, quid in tali dubita-
tione ſequatur. Primò itaq; conſideret Judex in tali ca-
ſu, an res vendita talis ſit, in quâ fidē de pretio jura habe-
6 ri permittant. Res † enim ſub haſtâ venditas, itemq; res
fiſci & pupillares præſenti pecuniâ diſtrahi oportere ju-
ris deciſione ꝓviſum eſt. *l. à Divo Pio. 15. §. ſed ſi emtor. 7. ibiq;
Dd. de re judic. l. 15. in fin. de jur. fiſci. Cujat. lib. 9. obſerv. c. 37.* vbi
rectè taxat Forneriū, qui in ſelect. in emtorem rei fiſcalis
dominiū etiam precio non ſoluto tranſire fruſtrà con-
tendit contra expreſſum textū *in d. l. 5. in fin. Adde Petr. Greg.
lib. 25. Syntagm. vniverſ. Iur. c. 12. n. 6. in fin.* itaq; tali caſu ven-
ditio etiā ita facta, vt fides de pretio habeatur, nulla erit,
ac ꝓinde res rectè vendicabitur: *l. procuratores. 5. §. penult.
in fin. de tribut. actione*: ſalvâ emtori actione ad intereſſe,
contra eum, qui fortè ignoranti taliter vendidit: *Gravet.
conſ. 336. n. 10.* In aliis rebus omnibus ꝑmiſſum eſt vendi-
toribus habere fidē dē precio, i. e. credere fore, vt emtó-
res precium conventum ſolvant, etiamſi illud ad manus
non habeant, vt rectè explicat *Petr. Gregor. lib. 25. Syntagm.
7 Iur. vniverſ. c. 12. n. 5.* Fides † porrò de precio habita præſu-
mitur ex eo, ſi tēpus ad ſolvendum emtori conſtituatur,
vel ab initio, vel poſtea etiā, ſine reſervatione indulgea-
tur: *arg. l. ad ſolutionē. 5. C. de re judic. Petr. Greg. d. c. 12. n. 5.* ſicut
*ex Ang. in l. vendita. Inſtit. de rer. diviſ. & Alex. in l. traditionib. 9.
C. de pact. communiter receptum tradit Eman. Soarez. in theſaur.
recept. Sentent. lit. V. n. 53.* Quod idē eſſe exiſtimo, ſi pecunia
non poſtulata rem tolli venditor permittat. *Herm. Vultei.
ad d. §. vendita. n. 1. in fin. Petr. Greg. d. n. 5. ꝑ l. vt res 53. de contra-
hend. emt.* eo ipſo enim, q ablationi rei non contradicit
venditor, tradere, atq; ita habendo fidē de pretio, perin-
de atq; ſi ſibi jā ſatisfactū eſſet dominium transferre ꝓſu-
mitur: *arg. l. ex emto. 11. §. & inprimis. 2.* ibi: ſi precium eſt nu-
meratum, aut eo nomine ſatisfactū. *de act. emti.* atq; in his
terminis non modò cōmunis, ſed etiā vera eſt ſententia
Tiraq. de retr. convent. in fin. n. 77. vbi latiſſimè probat ex tra-
ditione rei emtæ, in dubio fidē de precio habitam præſu-
mi: q ſententia ſatis probatur *ex l. ſi ſoluturus. 39. verſic. his
conſequens. de ſolut.* vbi licet & emtor nummos & venditor
mercem deponat quod invicem parum fidei habeot: ta-
men merx etiā emtoris periculo eſſe dicitur ex eo, quia
conſenſu in mercē & pretium jā perfecta ſit emtio, mul-
tò magis igitur hoc caſu emtio ꝑfecta, & merx emtoris
periculo, ac ꝓinde venditori ſola precij cōdictio reliqua
erit, cum tantū fidei emtori habuit, vt eum non exacto
precio rem tollere permittat: ꝓut ad ꝓpoſitū hunc tex-
tū rectè *Lucas de Penna. in l. 3. C. de Apoch. public. lib. 10. quem
refert & ſequitur Menoch. lib. 3. præſumt. c. 79. n. 4.*

Cæterum ſi is, qui emit † ſimulâbat ſe paratam habere 8
pecuniam, nec dabat, hoc caſu verius eſt, dominium nō
transferri, ſed vendicationi locum eſſe, & emtorem tra-
ditionis exceptione vtentem, doli replicatione oppoſitâ
repelli, q optimè ꝓbatur ex *l. ſi quaſi recepturus. 3. ibiq; Bart.
& Gothofr. de pignor. action. juncta l. ſi ventri. 24. §. in bonis. 2. de
reb. autoritat. judic. poſſiden. atq; hoc caſu procedere poteſt ſententia
Accurſ. in d. l. q vendidi. 19. de contrahend. emt. verb. ſatisfactione.
Hoſtienſ. in ſumm. de emt. vendit. n. 6. Ioan. Fab. in §. vendita. n. 2.
Fulgoſ. in d. l. Procuratores. 5. §. planè.* & aliorum, qui putant,
tradendo rē venditam in dubio fidem de precio non vi-
deri habitā: q opinionem defendit *Aretin. in l. quoties. C. de
rei vindicat. & noviſſimè Fabian. de monte. tract. de emt. q. 5. n. 35.*
eandemq; longè veriorem & æquiorem eſſe dicit; nimis
tamen generaliter priorem ſententiam, licet eam com-
munem fateator repudiat: *Emanuel. Soarez. d. lit. V. nu. 35.*
Immò, licet quis expreſsè fidem emtoris ſecutus ſit, ſi
tamen ille jam fugam præcogitaverat, vel aliàs doloſè
venditorē ad contrahendum illexerit, illis omnibus caſi-
bus, ex alia ratione contractus † nullus eſt, adeoq; tradi- 9
tio cum ſecuta dominium non transfert, & rei vindica-
tioni locū facit: *arg. d. l. ſi q. 3. de pign. act. l. ventri. 14. §. 2. de reb.
autor. judic. poſſid.* quia nimirum dolus dedit cauſſam con-
tractui, ꝑ ea, quæ notavit *Treutl. part. 1. diſputat. 28. theſ. 2.
lit. F.* Quod probè notandum contrà doloſos mercato-
res, qui cum bancum, aut verius fidē rumpere cogitant,
prius quidquid poſſunt merciū, habitâ ipſis fide, de pre-
cio, conquirunt, & poſteà creditores nolentes volentes
ad tranſigendū ſuper debito, longis quæſitis diverticulis
cōpellunt: quorū improbitas jamdudū ſeveriore aliqua
lege Imperij coërcenda erat. Interea antē creditores ita
decepti habent adverſus eos etiā de jure cōmuni vt dixi,
vendicationem mercium venditarum, (tanquā contra-
ctu, ipſo jure nullo exiſtēre, cui dolus cauſſam dedit,) vt
illas merces vbiq; locorum perſequi poſſint, inq; iiſdē
omnibus aliis creditoribus præferri debeant; quod ori-
ginaliter voluit *Bald. in l. ſi cum dotem. §. fin. ſolut. matrim.* ꝑ
qua ſententia in Supremo Cameræ Imperij Tribunali
judicatū refert *Andr. Gail. d. lib. 2. obſ. 15. in fin. Vbi vide. Adde
Hartm. Hartmanni ab Eppingen. lib. 2. obſervat. practic. tit. 27.
obſervat. 16. n. 9.* vbi etiam n. 10. remiſſivè tradit, quando
fides de precio habita dicatur. Itaq; concludēdo caſum
primum aſſerimus, re traditâ, & fide de precio habitâ, ta-
citi pignoris obligationem, in re venditâ, venditori nul-
lam ſupereſſe, adeoque realiter agi non poſſe, propter-
ea, quod traditione omne jus & dominium, tam poſſeſ-
ſionis tàm vſusfructus; quàm proprietatis à vendi-

Digitized by Google

tore abſceſſerit: niſi in eo caſu, vbi contractui dolus cauſ-
ſam dedit: vbi tamẽ non pignoris, ſed rei ſuæ perſecotio
ob nullitatẽ contractus venditori integra eſt: per modo
deducta. Vnde apparet, nimis generaliter tranſire Ni-
col. Vigelium virum alioqiun de I. R. optimè meri-
tum in methodo Juris civilis *lib. 17. col. 10. ſect. 4. verſ. tertia
ſpecies*; vbi rem venditam, ipſo jure venditori pro precio
pignori obligatã eſſe, indefinitè, & ſine vllâ exceptiooe
affirmat: cum ſpecies ibi poſita potius ad ſecundam cau-
ſam pignoris tacitè contrahendi, q nimirum ſolâ æqui-
tatis ratione per exceptionem, ſive retentionem conſti-
tuitur, & ad caſum, vbi res vendita quidẽ, ſed nõ tradita
eſt, debeat referri; vt infra in quinto caſu demõſtrabitur.

Secundus caſus eſt, cum contractui emtionis vendi-
tionis pactũ de retrovendendo in continenti adjicitur.
Nam & hinc quæri ſolet, an non p hoc ipſum. res vendi-
ta tacitè pignori nexa intelligatur. Verius autem eſt, q &
hoc caſu poſt rei venditæ traditionẽ tacitũ pignus ven-
ditori in re venditâ nõ ſuperſit, licet contrariũ ita defen-
dat *Tiraq. tr. de retr. convent. §. 3. n. 9. gl. vnic.* vt dicat ſe nõ du-
bitare illã ſententiam veram eſſe. Ego verò ſemper judi-
cavi illam eſſe falſiſſimam: tum q hic modus conſtitu-
endi taciti pignoris in jure non ſit proditus, tum q ſen-
tentia illa, quorundã Dd. falſis nitatur fundamentis. Ex-
iſtimant illi hoc pacto ad venditionem adjecto effici, vt
tantum commoditas fructuũ percipiendorum tranſeat
ad emtorẽ, ac ꝓinde res in dominio venditoris maneat,
nec prius irrevocabiliter emtori acquiſita intelligatur, q̃
tempus præterierit pacto expreſſum: vt apparet ex iis, q̃
tradit *Bald. conſ. 82. poſt med. vol. 1. adducens ad hoc gl. in l. 1. C. ſi
pign. Caſtr. in l. ſi cum venderet. per illum text. de pign. action. quem
ſequuntur Anan. in cap. conqueſtus. de vſur. col. 3. & alij multi,
quos allegat, & ſequitur Covar. lib. 3. var. reſolut. c. 8. n. 3.* Sed id
verum nõ eſſe egregiè ꝓbat *Zaſ. vol. 1. conſ. 12. n. 34. & ſeqq.*
10 quia † pactum illud in continenti adjectum non poteſt
aliã ꝓducere actionem, quam ipſe cõtractus, cui adjici-
citur, & cujus qoædã pars eſt, vel certè, cujus cohærentia
veſtitur; vt eleganter loquitur *Ant. Fab. decad. error. pragm.*
11 *err.* Vnde & † ex pacto de retrovendendo duas tantum
actiones dari, nimirum præſcriptis verbis, & ex vendito,
tradit *gl. poſt text. in l. 2. C. de pact. int. emt.* quas pſonales eſſe,
12 indubitatũ eſt. Et in ſpecie, q † pactum retrovendendi
non tribuat jus in re, ſed pſonalem tantum obligationẽ
pariat, voluerunt *Raphael Cuman. Alex. Angel. Soc. Dec. quos ad
hoc allegat Zaſ. d. conſ. 12. n. 40.* Qui ait, hanc doctrinam eſſe
manifeſtã, vt ejus contrarium ſit ꝓ impoſſibili reputan-
dũ: idemq; jam olim voluerunt *Alexand. conſ. 10. n. 5. lib. 1.
Curt. Sen. conſ. 12. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. emt. num. 82. (licet
n. 84.* contrarium in ducatu Sabaudiæ inductum fatea-
tur) *Gravet. conſ. 12. n. 7. ſequitur Myns. 6. obſ. 70. n. 2. Ant. Fab. de
err. pragm. dec. 22. err. 7.* vbi plures rationes huc ptinentes,
ejuſq; diſputationis effectum ſive conſectaria *ibid. cap. ſeq.*
Nec obſtat *gl. in l. 1. C. ſi pign.* quam pro contraria ſententia
allegat *Bald. d. conſ. 82.* quia prorſus de alio caſu loquitur,
vt verba & textus ibid. allegati oſtendunt; q animadver-
tit *Zaſ. d. conſ. 12. n. 33. & ipſe Bald. in d. conſ. 81.* dubitativè lo-
13 quitur. Nec etiam † obſtat textus *in l. ſi cum venderet. 13.
de pign. action.* quẽ ad hoc perpendunt *Caſtr. & alij Dd. ſupr.
allegat.* & in cujus amolitione variè ſe torquent Dd. Ple-
riq; enim reſpondent in ſpecie illius legis nõ fuiſſe tranſ-
latũ dominium per venditionẽ pignoris, ſed tantum jus
pignoris, q creditor habuit, ꝓpterea quia debitor alie-
nationi illi non conſenſit. Atqui eo ipſo ratam habet vẽ-
ditionẽ pignoris debitor, cum pignoraticias actiones ſi-
bi cedi, vel, q idem eſt, mandari, (ceſſionarius enim eſt
procurator in rem ſuam) poſtulat, quibus precio oblato
rem ſuam ab emtore conſequatur, quo poſito, dominiũ
translatum eſſe nemo dubitabit: vnde ob infirmitatem
hujus ſolutionis cum Sententia Caſtrenſis tranſit, eamq;
ſibi plurimũ placere ait *Covar. d. c. 8. n. 3.* Neq; melior eſt
Solutio *Zaſij d. conſ. 12. n. 31. verſ. nec obſtat etiam. q. ait, d. l. ſi cũ
venderet*, loqui in caſu vbi creditor, vel vſurarius pignus
debitoris vendit cum pacto, q debitori rem ſuã redime-
re liceat: quo caſu, ſi emtor ejuſdem pignoris tertio ven-
dat, debitori vtilem vendicationem ex dicto pacto cõ-
petere: quia pactum rei alienæ adjectum ſit, & ſecundus
emtor à primo cauſſã habuerit. Atqui textus non de alio
emtore loquitur, quam de eo, qui à creditore emit. *Ant.
Fab. dec. 22. err. pragm. err. 9.* Tribonianũ legis hujus inter-
polatorem facit; eumq; inſcitia accuſat. Sed & hoc ni-
mis infirmum eſt: cum omnia quæ in jure noſtro ſcripta
ſunt, non amplius Vlpian. vel Tribon. ſed Juſtiniani ſint,
qui illis legum autoritatẽ accõmodavit, eorumq; ratio-
nem inquirere jubet. *l. 1. §. 7. 8. l. 2. §. 15. C. de Vet. jur. enucle.*
cum alias nihil facilius ſit, quam omnia ſubtiliter cogi-
tatis, in contrariũ rationibus evertere: q non niſi parciſ-
ſimè, & cum ea diſcretione admittendũ eſt, vt ſciamus,
dici quidẽ hoc vel illud poſſe, ſed legem ita, vt ſcripta eſt,
ſequendã eſſe. Et vt ad *dictam leg. ſi cũ venderet*, redeamus.
Etſi illa verba (ſed & ipſe venditor, aut vendicare rem
potuit, aut in factum emtione adverſus emtorem agere)
Triboniani eſſent: ſicut is ſæpe jura vetera per conjun-
ctionem novarum cõſtitutionum ſupplevit, idq; ipſum,
vt faceret, cum cæteris juris compilatoribus à *Juſtinian. in
mandatu habuit. d. l. 1. §. 7. C. de Vet. jur. enucl.* non tamen tan-
tam abſurditatem continerent, quantam illis ineſſe Ant.
Fab. putat. Nam & jure novo † pignus non niſi multis 14
ſolennitatibus adhibitis diſtrahi poſſe, & nõ niſi iis per-
actis jus dominij eum, in quẽ alienatum eſt, cõſequi no-
tiſſimum eſt, ex *tot. tit. C. de jur. dom. impetr.* Itaq; neq; olim
ſemper & multò minus certè Juſtiniani tẽpore in noſtro
caſu transferebatur dominiũ ſtatim in emtorem pigno-
ris niſi ſolennibus peractis. Quid ergò mirũ, interea non
modò actionibus ceſſis jure venditoris ob pactum ad-
jectũ debitorem agere. quod indubitatum eſt; ſed etiam
rem ex manu tertij à debitore, cui dominiũ nõdum abſ-
ceſſit, vindicari potuiſſe. Itaq; non contra dominiũ erit
hæc vendicatio, ſed contra tertiũ pignoris poſſeſſorẽ, qui
dominium pignoris emti nondũ conſecutus eſt: ſed ta-
men actione evictionis contra venditorẽ viciſſim quod
illi ꝓpterea abeſt, conſequi poteſt: eo modo & ordine,
quẽ infrà ad finem hujus exercitationis ſubjiciam. Illud
difficilius eſt, quomodo in factũ actio adverſus emtorẽ,
vtpote tertiũ, debitori cõpetere poſſit: Idq; non modò
Ant. Fab. d. err. 9. impoſſibile viſum eſt rectè cum † actio 15
pſonalis non cõpetat, niſi ei, & contra eum, cui cum ali-
quo contractu, vel delicto vero, vel quaſi obligatio nata
eſt: ſed & Accurſ. ad hunc locũ mirè ſe torquet, dũ par-
ticulũ AVT, illo loco poſitam, modò disjunctivè, modò
correctivè accipiendam cenſet. & tamen nihil niſi mera
ſomnia affert. Sed facili emendatione loco huic obſcuro
medicina afferri, & ſive Vlp. ſive etiam Triboniani mens
non inelegans, necà Jureconſultorũ doctrina aliena de-
prehẽdi poteſt, ſi leviſſima literarũ inflexione, ꝓ (emto-
rẽ) legamus (creditorẽ) quo ipſo & ſenſus & verba legis
erunt planiſſima: vt nimirum, ſi debitor ratã habere velit
rei ſuæ pigneratæ diſtractionẽ jure reluendi ſibi reſerva-
to factã, actionibus hypothecariis à creditore ceſſis cõ-
tra emtorẽ vtatur. Sin minus, tunc vel rem ſuam à tertio
illo poſſeſſore vendicet, aut in factum adverſus credito-
rem pignus vendentem, priuſqnã jus dominij in eo con-
ſequatur, agat: idq; ex æquitate prætoriâ: cum & alias, ſi
res † certâ lege tradita ſit, eiq; non pareatur, præſcriptis 16
verbis actionẽ ex autoritate juris cõpetere dicit *Imper. in
l. reb. 6. C. de rer. permutat.* Cum autem † hoc caſu res ad ſe- 17
curitatem crediti pignerata, non ad vendendum data, à
debitore ſit creditori, facile apparet, ad ſimilitudinem
actionis præſcriptis verbis in factum ex æquitate agi
poſſe. *l. quia actionum. 11. §. quoties. 21. de præſcript. verb.* atque
ita nihil amplius abſurdi aut etiam ſingulare hac lege
conſtitutũ reperietur. Nam q *Ant. Fab. d. loco* exiſtimat, ſi
nulla quoq; ceſſione interveniente debitori, vendicatio
aut

aut actio in factum danda eſſet, cum verò nihil prorſus
debitoris intereſſe, fieri ſibi à Creditore ceſſioné, niſi ad
hoc, vt directã potius, quã vtilem actioné exercere poſ-
ſit: cum tamen vtilis actionis idẽ ſit effectus, qui directę.
Ad hoc ex modo deductis facilis eſt Reſponſio: ꝙ ni-
18 mium † multum debitoris interſit, qua ex his omnibus
actionibus experiatur. Si enim venditioné ratã habeat,
ex pacto ager, ad ꝙ ceſſione ipſi omninò opus eſt, cũ pa-
ctũ quidé ipſi ſit, ſed ꝑ alium: qui niſi actionem ſuam ipſi
cederet, tunc certè debitor exceptione pacti ꝑ aliũ facti
repelleretur. Si auté venditioné ratam habere nolit, tum,
vel rem vendicare à tertio, poſſeſſorem, aut, ſi malit, in
factum ad id, quod ſua intereſt, rem pigneratam diſtra-
ctam nõ eſſe contra creditorem vendenté agere poteſt.
Quę interpretatio non modo ꝑſpicua eſt, ſed etiã tex-
tu non emendato adhuc ſubſiſtit, ſi emtoris verbũ poſte-
riore loco, *in d. l. ſi cũ venderet.* pro venditore accipiamus:
19 *ſicut in l. q. fundum. 7. § qui bona. 4. ꝑ emt.* Illud auté † veteri-
bus nõ infrequens fuiſſe, vt emtionis venditionis nomi-
nibus ꝓmiſcuè vterentur expreſsè docet *Cajus in l. vete-
res 19. de act. emt. notat Accurſ. ibid. Alciat. 3 parerg. c. 22. & lib. 5.
c. 15. Franc. Con. lib. 7. com. 6. & exẽpla plura allegat. Vult lib. 1.
Inr. R. c. V. q̃ notavit Treutl. part. 1. Select. diſput. 28 theſ. 1 lit. A. vt
ꝓinde rectè Ioan. Robert. lib. 1. animadv. c. 8. & 9. reprehendit Cu-
jaciũ, qui lib. 9. obſ. c. 15 id, ꝙ in d. l. veteres* 19. de ꝓmiſcuã em-
tionis venditionis appellatione traditur, nimis anguſtè
tamen ad publicanos vectigalium ve redemtores appli-
cat, ac *l. 20. ſequenté, cum d. l. 19. conjungens,* eandemq; contra
omniũ manuſcriptorum Florentini exẽplaris & Græcæ
metaphraſeos (q̃ in Græco indice regiæ Bibliothecæ ex-
tare ait, ac ꝓinde poſt Charond. emendationé *d. l. 20. re-
ctè rejicit Gothofr. in notis marginalib. ad d. l. 20.*) fidem emen-
dans, negat vſpiam in jure noſtro voces has promiſcuè
vſurpari eandemq; ſententiam tueri pergit in not. *Ant.
Merca. lib. 1. c. 8. & 9.* Sed ſatis abundè refellitur, tũ ex iis, q̃
d. loc. à Vult. & Treutl. allegantur: tũ etiã copioſius explican-
tur à *Rober. lib. 1. animadverſ. c. 8. & 9. & lib. 1. not. ad notas Mer-
cat. lib. 1. c. 8. & 9.* Itaq; ſive emendando textum ꝓ (emto-
rem) legamꝰ (creditoré) ſive poſteriore loco, ꝓ emtore
ꝑ enallagen intelligamus venditoré, congruit explicatio
allata: nnq; eſt, ꝙ quis vereatur. abſurdum eſſe, vt vnum
idemq; vocabulũ, in eodem pené contextu diverſimodè
accipere ſit neceſſe, ſi emendatio non admittatur; idem
enim evenit *in d. l. q. fundũ. 7. §. q. bona 4. ꝑ emt.* vbi ſive em-
toré, ꝓ venditore, ſive vendendi verbũ pro emendo ac-
cipias, in alterutro loco, itidem in eodé contextu enalla-
gen antè dictã intelligi oportet. Nã ꝙ *Cujac. in not. Mercat.
d. lib. 1 c. 9.* reſpondet, eum, qui emtor fuerat hominis, ꝓ-
pterea venditorem eodé contextu illius legis dici, ꝙ ex-
inde & ipſe alij hominem vendidiſſet id verè eſt divina-
torium, neq; ex textu vllâ cõmodã ratione elici poteſt.
Imò verò contrariũ oſtendit conſecutio illationis, cum
20 regula in illo textu ꝑmittitur: quod † poſſeſſione ſemel
amiſſâ initiũ ejuſdé rurſus recuperatæ oporteat ſpectari
ad hoc vt vſucapio procedat. Cui regulę pro exẽplo ſub-
jungitur: etſi venditor ſervi, antequam venderet in bonâ
fide, atq; ita in eã cauſſa fuerit vt vſucaperet, ſi tamé ſervꝰ
poſtea fortè ob vitiũ redhabeatur, eoq; tempore is, cui
redhibitus ſervus eſt, (qui ibi emtor appellatur) alienum
eſſe ſciat, tamen vſucapioné non cõtingere. Non inquã,
quadraret exemplum regulæ, niſi eum qui primo emtor
appellatur & de quo poſtea dicitur, eum in cauſſa vſuca-
piendi fuiſſe, ꝓ vno eodemq;, hoc eſt ꝓ venditore ſervi
accipiamus. Sed ad rem redeundo ſi *d. l. ſi cum venderet,* ad
hunc modũ, vt textus ipſe & alij ſimiles loci conveniunt,
accipiamus, tum & facilè nos ex involucris illis, in q̃ Dd.
ad illũ textum reſpõdere volentes ſe cõjiciunt, expedie-
mus; & vero liquidò deprehendemus, nihil ex illo textu
adferri. vnde ꝓbetur. ei, qui ſub pacto de retrovendẽdo
vendidit ex illo ipſo tacitã hypothecã tribui. Quod auté
Caſtrenſ. eumq; ſecuti alij id, ꝙ in ſæpe *d. leg. ſi cũ venderet,*
de debitore dicitur, ad creditoré etiã porrigunt, id ratio
nulla permittit; & eſt ſatis nervosè ab acutiſſimo *Andr.
Fabr. d. error. 9.* refutatũ: neq; verum eſt, ꝙ *Dd. ſuprà nomina-
ti ex d. leg. ſi cum venderet,* extruere ſatagunt, per pactum de
retrovẽdendo ſtatim induci vtilem dominij translatio-
nem, vt licet res vendita à venditore emtori tradatur, ta-
men ſtatim ab eodé vtile dominium rurſus in vendito-
rem tranſeat, ex quo emtor ſe retrovenditurum pactus
fuerit. Atqui † traditionibus nõ conventionibus domi- 21
nia rerum transferri explicati juris eſt. *l. traditionib. 2. C. de
pact.* Itaq; dominiũ etiam in tali venditione cũ pacto de
retrovendendo plenè transfertur, ſed cõmutabiliter ſi-
ve tẽporaliter, vt loquitur *Mynſ. d. cent. 6. obſ 70. n. 2.* vel a-
lienabiliter, vt loquitur eodé ſenſu *Ant. Fab. d. loc.* & per † 22
pactũ de retrovendendo non reſolvitur venditio prior,
vt dominiũ nunquam in emtorem translatũ eſſe videa-
tur: ſed poſterioris venditionis jus in futurũ adquiritur,
actione perſonali ex contractu in eam rem cõparata exi-
gendũ, vt pulcrè ait *Ant. Fab. d. decad. 22. err. 10.* Vnde ſequi-
tur, licet ea res, quæ ex pacto retrovendendi debuit, me-
dio tẽpore alienata & in ſecundũ emtoré translata ſit, ꝙ
tamen venditori primo non cõpetat, actio aliqua realis
adverſus ſecundũ emtorem: quoniã ne quidem contra
primũ competeret: immò nec primo quoq; contra ſecũ-
dum *l. precib. 4. C. de rer. ꝑmutat.* ita, vt, ne quidé diſtinguẽ-
dum ſit, an ſecunda venditio facta ſit ante morã à primo
emtore in retrovendendo admiſſam: an poſt moram: vt
pulcrè docet *Ant. Fab. d. err. 10. circa med.* Itaq; ſi nulla
actio realis hoc caſu eſt, nullũ etiam jus in re, neq; hypo-
theca tacita, ſed ſolũ jus ꝑſonale per pactũ de retroven-
dendo, vt nimirũ ad hoc venditor obligatũ habeat em-
torem, qué alias non haberet, quæſitũ eſſe poterat: quod
erat contra Tiraquell. demonſtrandum.
Tertius caſus ſuperiori affinis eſt, vel certè ad ejuſdem
ꝓbationem à Dd. affertur, hoc eſt, incertum ad æquè in-
certũ, cum non minus controverſus ſit, & ex ꝑſuppoſitis
ſpecialibus aliquid nimis vniverſale per elenchum falſi
generis inferat. Quærunt itaq; Dd. an nõ facto pacto de
vendendo, vel vt liceat vendere, per hoc ipſũ tacita hy-
potheca contracta intelligatur? & indiſtinctè reſpõdent
pleriq; hypothecã ita contractam cenſeri, idq; ꝓbari pu-
tant *ex l. creditor. 3. §. poſt diviſioné fin. q. potior. in pign. ibiq; Bart.
Bald. in l. creditores. 3. C. de pign. in fin.* Sed † hæc duo inter ſe 23
accuratè diſtinguenda ſunt: pactũ nimirũ de vendendo:
& pactũ vt liceat vendere: quorũ illud in perſonam: hoc
in rem conceptũ: ac ꝓinde non mirũ eſt, vt ex hac hypo-
theca intelligatur inducta: ex illo non itidem. Pactum † 24
de vendendo nihil eſt, q̃ promiſſio, q̃ promittentis perſo-
nã obligat: quæ iiſdé verbis hypothecam inducere non
poteſt cum aliis verbis ad ꝑſonã: aliis ad rem obligandã
vtamur: itemq; eum non poſſit iiſdem verbis obligatio
principalis atq; etiã hypotheca contrahi; ſed ex qua ꝓ-
mittens, aut naturaliter tantũ obligatur, ſi pactũ nudum
fuit, aut etiam civiliter, ſi vel contractus coherentia, vel
ſtipulatione veſtitum proponatur: vt accuratè explicat
Ant. Fab. dec. 24. err. pragmat. err. 1. Non igitur de tali pacto
perſonali de vendendo loquitur *Papinian. in d. l. creditor. 3.
§. poſt diviſionem fin. q. pot. in pign.* ſed loquitur de pacto in ré
concepto, vt nimirũ liceat vendere: atq; pars illa fratris
erat, & per conſequens aliena, de qua alter paciſcitur,
eam ſibi vendere licere, niſi altera pars fundi à fratre
pro indiviſo poſſeſſa, & ſe inſcio pignori nexa libe-
raretur. Non poſſet autem † creditor alienam rem 25
diſtrahere, ſi non in neceſſarium antecedens hypo-
theca conſtituta intelligeretur: vt loquitur *Anton. Fab d.
err. 1.* vel vt ante ipſum eodé ſenſu eleganter contra Dd.
explicat *Matth. Coler. tr. de proceſſ. execut part. 3. c. 12 num. 6,*
cum poteſtas vendendi per modum quaſi neceſſarij an-
tecedentis inferat, ſi non jus dominij, ſaltem pignoris ei,
cui hæc licentia alienandi permittitur, attributum fuiſ-
ſe; maximè in re, quæ inter fratres cõmunis erat, *arg. l. ſi*

quæ putans 6. §. ſi fundus communis. 8. commun. divid. Cujus
26 rei ratio eſt, quia † diviſio cauſſam pignoris non mutat
l. ſi cõſenſit. 7. §. fin. quib. mod. pign. ſolvat. vbi diſertis verbis di-
citur: Si quis communis rei partẽ pro indiviſo hypothe-
cæ dederit diviſione factâ cum ſocio, nõ vtiq; eam par-
tem creditori obligatã eſſe, quæ pignerantti in diviſione
obtingit. Sed vtriuſq; partem pro indiviſo, pro parte di-
midia manere obligatã, vnde planiſſimè ratio deciſionis
in ſpecie *d. l. 3. § poſt diviſionem* intelligitur: quia primus nõ
quam partem in tuodu, regionibus diviſo nunc habet,
quæq; certa eſt, pignori obligavit: ſed eã, quæ tũ habuit.
Habuit autẽ pro indiviſu, i. e. intellectu partem etiam in
fratris conſortis parte quæ cerni nõ poteſt. Vnde cum p
diviſionẽ regionibus factam onus hypothecæ à parte al-
terius fratris non abſceſſerit, diviſio autem emtionis vi-
cem obtineat, vt ſibi invicẽ de partibus pro indiviſo libe-
randis, quaſi de evictione fratres teneantur: *arg. l. 1. C. cõ-
mun. vtriuſq. judic.* Ideo alteri permiſſum hoc caſu intel-
ligitur, ſi alter ceſſaret, in luenda parte dimidiâ pro indi-
viſo, certa illius partis quæ alteri obtigit, vt eam partem,
tanquã jure pignoris diſtraheret; vt eleganter & perſpi-
cuè explicat *Cujac. ad lib. 11. reſponſor. Papinian. ad d. l. 3. § fin.*
quem intellectũ tamẽ ad hunc locum difficilem & ſub-
tilem jam olim tradidit *Angel. ibid. refert & ſequitur Matthe.*
27 *Coler. d. loc.* vt vel hinc promtũ ſit colligere † quam neceſ-
ſaria ſit JCto ſcriptorũ practicorum cum theoricis Col-
latio: ne vel in illorum ſalebris nimis adhereat, vel in ho-
rũ ſubtilitatibus ita acquieſcat, vt ab his tradita, nemini
veterum etiã infelici illo & illiterato ſeculo in mentem
28 veniſſe putet. Cum † pauciſſima dicantur novè, quæ nõ
tradita à veteribus inveniantur, ſi quis inquirere & ſub-
tiles illas Theoricorum magiſtrorum telas ad vſum fori
traducere ſatagat. Vtinam verò hi ipſi non ſæpè nobis
veterum tradita interpolando pro melioribus ſubſtitue-
rent deteriora! Sed ad rem.

Quartus igitur caſus eſt, cum debitor, ex quo moram
ſolvendi faceret, creditori in inſtrumento dedit licentiã
ingrediendi fundi ſui, nec tamen pignerandi aut hypo-
thecandi, aut alio æquipollenti verbo vſus eſt: Hoc caſu
etiã controvertunt Dd. an tacite ſaltẽ in neceſſariũ ante-
cedens hypotheca cõtracta intelligatur? Ita ſanè volue-
runt: *Bald. in l. Creditores. 3. C. de pign. n. 3. p illũ text. Angel. ibid.
n. 3.* q dictum ſingulariſſimũ & menti tenendũ exclamat
*Franc. Cremenſ in ſua ſingular. ſing. 2. & ſecutus eſt Menoch. adi-
piſc. poſſeſ. remed. 5. n. 1. & 9. & 157.* q moventur potiſſimũ *d. l.*
29 *3. C. de pign.* ſed hęc magis illis obſtat, ſi † verba ejus pprie
accipiantur q in dubio faciendũ eſt. Cum itaq; propria
acceptio verbi Dgar. in illâ l. ge nihil abſurdi pariat, ſed
potius ordinẽ Juris aliàs conſtitutum innuat, verior eſt
ad noſtrũ caſum interpretatio Bartoli, & q eũ ſequuntur
*Neguz. tr. de pign. 4. p. ert. principal. n. 10. Matth. Coler. d. tr. de p-
ceſſ. executiv. part. 3. c. 12. n. 2. 3. & ſeqq. & n. 67. vſq; ad 72. inclu-
ſivè. & part. 1. c. 10. n. 189 & ſeq.* eaq; confirmatur ex illo, q
30 non tantũ † in jure noſtro plurimũ differat, ingredi poſ-
ſeſſionem & eandem acquirere ſive retinere. *l. 3. §. fin. de*
31 *acquir. poſſeſſ. & alibi paſſim. l. 2. in pr. p herede.* Sed † & q con-
ventio partium & juſſio præſidis æquiparentur *l. 1. C. ſi in*
32 *cauſ. judic. pign. capt. ñ ſit.* Atqui juſſus † poſſidere bona de-
bitoris p prætorẽ, nudam detentionẽ ex primo decreto
adquirit, neq; effectu juris poſſidet: *l. 3. §. fin. de acquir. poſ-
ſeſſ. l. in cau. 5. Princip. vt in poſſeſ. legat. cauſ. mit. l. 12. ex quib. cauſ.
in poſſeſ. eatur. vbiq;* *Weſenb. in parat. n. 8.* quicquid diſſentiat
Pacion. à Vat. li. 2. declarat. jur. c. 34. n. 14. vbi contrariũ nimi-
rum miſſum ex primo decreto, ſive ingreſſum bona cu-
ſtodiendi cauſſâ, etiã civiliter poſſidere defendit: abuſus
l. ſi finita. 15. §. ſi quis metu. 35. de damn. infect. Nã ille *§. ſicut &
præcedentes aliquot à §. vbi autẽ. 23.* ad miſſionem ex ſecundo
decreto ptinent: in miſſione autem ex primo decreto ſe-
cus eſſe, nimirũ ita miſſum non poſſidere. *pbat d. l. ſi finita.*
33 *15. §. ſed ſi quis 15. & §. ſeq.* vbi † mittere in poſſeſſionem, &
jubere poſſidere, expreſſè diſtinguuntur: vt igitur effectu

juris creditor poſſideat rẽ ſibi ſub pacto executivo de in-
grediẽdâ poſſeſſione obligatã, nõ modò ingreſſu in poſ-
ſeſſionẽ opus eſt, cũ p illa devolutio poſſeſſionis ejus, q̃
effectũ juris habeat, in Creditorẽ non verificatur, p tra-
ditã à *Matth. Coler. d. part. 3. c. 12. n. 7. 8. & ſeqq. & part. 2. c. 3. n.
220 & 243.* ſed etiã autoritate Præſidis, quo poſſeſſionẽ
adipiſcatur *d. l. 3. C. de pign.* vbi diſtinctè dicitur: ingrediẽ-
do † poſſeſſionẽ, vim debitori non fieri: quia ſcilicet lex 34
conventionis exercetur, cum aliàs vis fieret p talẽ actum.
l. in poſſeſſionẽ. C. ad Leg. Iul. de vi. l. 3. C. vi. bon. raptor. & tamẽ p
adverſativã ſive pleptica particulam addit, creditorẽ
autoritate præſidia adquirere poſſeſſionẽ, debere: vnde
hæc duo longè diverſiſſima eſſe apparet, ingredi poſſeſ-
ſionẽ, ſcilicet rei cuſtodiendę vel detinẽdę cauſſa: & adi-
piſci poſſeſſionẽ, q̃ effectũ juris tribuat: ſicut ad hoc p-
poſitũ *text. in d. l. 3. pbè expendit Coler. de part. 3. c. 12. n. 12. & 13.*
quæ pro alterius aſſertionis defenſione afferuntur.

Quintus itaq; caſus eſt, cum res vendita emtori tradi-
tur quidẽ à venditore, ſed tantũ ad precariò poſſidendũ,
donec reſiduũ precij ſolvatur: hoc enim caſu, non modò
civilis poſſeſſio, ſed etiã, dominiũ manet penes vendito-
rẽ, in tantũ, vt is rei vendicationẽ habeat, vt reſcriptũ eſt
in *l. 3. C. de pact.* Precaria † enim poſſeſſio hoc caſu tantum 35
transfertur in emtorẽ: q̃ poſſeſſio quidem nominetenus
appellatur: *l. in reb. 4. § meminiſſe. 1. & §. fin. l. & habet. 15. §. cũ
quis. 4. de precar.* revera autem effectũ juris non habet, ſed
quandocunq; avocata à concedente reſtitutioni locum
facit, & ſi ſtatim avocata poſſeſſio precaria non reſtitua-
tur, injuſta efficitur, vt notat *Angel. ad § ſed iſta. Inſtit. de act.
d. l. 1. de precar. faciunt not. Menoch. lib. 1. de arbitr. jud. q. c. 69. n. 17.*
Itaq; hic caſus ſimilis eſt ei, quo venditor in re vendi[ta]
ſibi ſpecialiter pignus reſervat: Sicut enim hoc caſu con-
tra venditorẽ, & quemlibet alium poſſeſſorẽ hypothe-
caria in rem actio, ita illo caſu rei vindicatio cõpetit. Ex
hoc † pactũ valere, quo venditor ſibi dominiũ rei reſer- 36
vat, donec preciũ plenè ſolvatur, tradit poſt *Dec. cõſ. 440.
lib. 1. Hartm. Hartmanni lib. 2. pract. obſerv. tit. 27. obſerv. 16. in
fin.* Hoc itaq; noſtro caſu, tam ex interdicto de precario,
quàm rei vindicatione agi ſemp poteſt, donec vel preciũ
plenè exolvatur, vel res reſtituatur: atq; propterea hy-
pothecaria actione nihil opus eſt, cũ pignus proviſum
ſit venditori ex eo ipſo, q precariam tantum poſſeſſionẽ
tranſtulit in emtorem: & proinde, ſicut in mutuo, cũ pa-
cto executivo de ingrediendo poſſeſſionem annectitur
clauſula precarij, ita, vt rei pigneratæ precariã poſſeſſio-
nem debitor in ſe recipiat, in creditorẽ transfertur poſ-
ſeſſio, q̃ juris, ſive civilis dicitur, vt quàvis obligatam de-
tineat naturaliter pp̃ter inſiſtentiam corporis, remaneat
tamen civilis poſſeſſio creditori, quippe, qui animo non
diſcedat à poſſeſſione, per ea, q̃ tradit *Matth. Coler. tr. de p-
ceſſ. exec. part. 1. c. 3. n. 454 & ſeq. facit l. certe. 6. in fin. l. ſi debitor.
11. de precar. Vid. Petr. Greg. lib. 15. Syntagm. Iur. vniverſ. c. 2. n. 7.
& 8.* Cum autẽ † in dubio is, qui in aliqua poſſeſſione re- 37
peritur, potius pſumatur poſſidere, q̃ detinere, vt cõmu-
niter receptũ tradit *Menoch. lib. 6. præſumt. 68. p tot. vbi vide.*
Ideo p cautelâ notandũ, vt inſtrumento venditionis di-
ſertè inſeratur, poſſeſſionẽ tantũ precariã eſſe in emtorẽ
translatã, adeoq; dominiũ & civilem poſſeſſionem (ſive
dominiũ pprietatis & poſſeſſionis, vt vocat *Ioan. Göd. ad l.
q. 115. n. 4. ff de Verb. Sig.*) reſervatã, quoad de precio fuerit
plenè ſatisfactum. Cujus rei & alius eſt effectus: Quia ſi
communi more in inſtrumento venditionis ſcribatur,
poſſeſſionem eſſe realiter traditã, & poſtea venditor ex
retentione poſſeſſionis agere velit, obſtabit ei exceptio
ſimulati contractus; quam quidem ſimulationẽ ex hoc
ipſo præſumi docent *Bald. Caſtr. & alij quos refert & ſequitur
Menoch. lib. 3. præſumt. c. 22. n. 11. in fin.* Quando † autem ex 38
inſtrumento venditionis hoc ipſum actum eſſe appa-
ret, q nimirum jus dominij, & civilem poſſeſſionem ſibi
venditor reſervaverit, neq; intermedio tempore aliqua
novatio facta ſit, tum veriſſimum eſt, ad triginta vſque

annos

annos venditorē ad reſidui pretij ſolutionem vel rei reſtitutionem agere etiā realiter poſſe. *l. ſicut. 3. l. cū notiſſimi. 7. l. ſi quis. 8. C. de pſcript. 30. annor.* Semper enim verum eſt, creditorem poſſidere per eum, cui ita vendidit, vt precariò tantum teneret, quoad precium plenè exolviſſet. Itaq; fundamento cadit Dd theorica, qui decennij tempus ad precarij revocationem concedi autumant, poſtea autē civilem poſſeſſionem per negligentiam perdi, i. e. ipſo tēpore poſt decennium finitum exſpirare contendunt: q̄ iis legibus probare inſtituunt, quibus dicitur lōgu tēpore poſſeſſionem amitti, quos ſequitur etiam *Me-*

39 *noch. lib. 2. de arbitr. judic. q. cent. 1. caſ. 24.* Vnde, vt † eſt fæcūda erroris propagatio, hoc etiam manavit, quod poſſeſſione præteriti & præſentis tēporis probata, non debeat

40 præſumi medij tēporis poſſeſſio, niſi quando † agitur de poſſeſſione decem annorum: tunc enim volunt Dd. non ſufficere, vt probentur vtriuſq; tēporis extremitates, ſed requiri etiam, vt probentur extremnas & initiū cujuslibet decennij: quod inter ſingularia retulit *Mattheſil. ſingular. 216. incip. nota mirabilē. quē ſecuti ſunt Felin Rip. Franc. Balb. & Menoch. lib. 6. præſumt. 66.* adeo, vt hanc opinionē magis receptā eſſe aſſerat *Didac. Covar. ad. c. poſſeſſor. part. 2. §. 1. n. 3. de R. I. in 6.* vbi tamen cenſet contrariam ſententiā defendi poſſe, & forſan veriorem eſſe. Ego verò non dubitanter, ſed aſſertivè exiſtimo falſiſſimā eſſe illam magis cōmunē ſententiā: contrariam autem eſſe veriſſimam, quod non obſcure vno in caſu animadvertit *Alciat. reg. 2. præſ. 22. & Gabr. Sarayna in addit. ad Mattheſil. d. loc. & confirmatur ex eo,*

41 *q̄ in l. furtum. de vſucap. & alijs, quos huc Dd. allegant.* longū † tēpus non præciſe de decennio accipiendū, ſed vt æquivocum judicis arbitrio permittendū eſt: vt in ſimili, quæ ſit longa conſuetudo tradit *And. Gail. lib. 2. obſ. pract. obſ. 32. n. 2.* Judex autē arbitrabitur pro materiā ſubjectâ ac pro-

42 inde, cum ad † præſcriptionem actionis realis triginta anni requirantur, atq; ita in hac materia longū tempus ſpecialiter ſit definitum, ideo non tantū in illo caſu, quē Alciat. & Sarayna ponunt, ſed nunquam per lapſum decennij abſcedere, invito domino, dominiū poſſeſſionis, ſive civilis poſſeſſio, aut judicis arbitrio, tēpus illud con-

43 tra leges ſpeciales poterit: cum & alias longi † & diuturni temporis appellatione interdum triginta vel 40. anni ſignificētur, vt ex *l. 2. in verb. diu res alienas. C. de præſcript. 30. annor. l. qui in provincia. 57. §. 1. verſ. movemur & tēporis diuturnitate, de ritu nuptiar.* animadverterunt *Conan. lib. 1. Com. c. 10. n. 6. Cujac. lib. 18. obſer. 28. c. Everh. Bronch. cent. 1. enant. aſſ. 3. in fine.* Cui hodie etiam alia ratio in noſtro propoſito

44 ſuffragabitur, cum in materia † præſcriptionum, vtpotè

45 odioſa & peccatū inducente, ferè ſequamur Juris † Canonici vel potius divini ſanctionem, quæ bonam fidem in omni præſcriptione adeò requirit, vt ſine ea nulla præſcriptio procedat: Cum igitur ejuſmodi emtor precio nō ſoluto etiam poſt decenniū, in malâ fide conſtitutus intelligatur, ex eo, quod inſtrumentū venditionis, in quo indefinitè venditor ſibi dominiū cum poſſeſſione civili reſervavit, quoad preciū plenè exolutum eſſet, eum cōvincit, quod ſcire debeat, rem venditam, pro qua preciū exolutum non eſt, ſuam non eſſe, ideo civilis poſſeſſio, p lapſum decennij perdi non poteſt, ſecus, quam exiſtimat *Menoch. d. lib. 2. cent. 1. caſ. 4.* Sed etiā poſt illud tempus præſumetur, venditorem à pacto illo non receſſiſſe, niſi emtor ſolutionem plenariam liquidò probet: tunc enim ei conventionis ab initio initæ ipſo jure per eventum ſive purificationem conditionis expiraſſe precarium, & dominiū, ac plenam poſſeſſionem emtori quæſitam eſſe intelligitur: *arg. l. Iulianus. 13. §. offerri. de action. emt.* Ac proinde

46 ne † quidem ſtatutum loci, quo cavetur, vt niſi intra certū tempus creditor petierit debitum, deinceps excludatur, hoc caſu venditori nocebit: quia per hoc mala fides

47 debitoris non tollitur. Præſcriptio autem † cum malâ fide, vt nutritura peccati, hodiè non procedit: *c. fin. de præſcript. c. poſſeſſor. de R. I. in 6.* Adeoq; nec à ſtatuto contrariū induci poteſt, vt rectè docet *Gabr. Sarayna poſt Mattheſilan ad ejuſdē ſing. 23. incip. nota q̄ omnem. n. 1.* quam opinionem communē eſſe notat *Alex. conſ. 185. col. penult. vol. 2.* & magis communem fatetur *Ant. Gabr. in comm. concl. tit. de præſcript. concl. 4. n. 1. in fin. Andr. Fachin. lib. 1. controv. 68. verſ. prima concluſio.* Vtcunq; diſſentiant multi, quos vid. magno numero allegatos apud *Gabriel. & Fach. dd. locis.* Immò amplius, etiamſi tale ſtatutū valeret, ſi tamen de debito tantum loqueretur intra certum tempus petendo, tamen ex aliâ ratione non obſtare ejuſmodi venditori, quia actio perſonalis cēſeretur tantū excluſa. Itaq; caſus noſter, qui agit de rei perſecutione per vindicationē, remaneret in diſpoſitione juris cōmunis, vigore cujus venditor reſervans ſibi dominiū, quovis tempore, intra triginta vel 40. annos agere poteſt, niſi cauſſa, propter quam reſervatio facta eſt, per ſolutionē ſublata probetur. Ac proinde hoc quinto etiam caſu, nō ex pignore, ſed plenius, vel ex dominio & civili poſſeſſione reſervata rei vindicatio, aut etiā propter poſſeſſionem tantum precariam in emtorē translatā, avocatio precarij quovis tempore competit. Vnde tali caſu etiā in concurſu creditorū emtoris, venditori prioritas adjudicanda erit, vt & vindicare poſſit. *argt. d. l. procuratores. 5. § ſed ſi dedi. 18. de tribut. action.* quod etiam in caſu eandem decidendi rationem habente, cum res alicui æſtimato vendenda tradita in bonis ejus poſt mortem reperitur, obſervatum ſcribit *Modeſt. Piſt. part. 2. q. 56.* Sextus caſus eſt, cum res quidem vendita eſt, ſed nondū tradita; & hoc caſu jura permittunt, vt venditor, qui totum precium nondum accepit, ſi vrgeatur ab emtore ad rem tradendā, poſſit rem venditam veluti taciti pignoris jure retinere. &c. Atq; de his ſatis; ſequitur.

RESPONSVM CVIII.

Thema.

Confirmatio quando aliquid novi tribuat, nec ne.

SVMMARIA.

1 Confirmatio quid ſit.
2 Vbi non eſt confirmabile, ibi nec confirmatio.
3 Confirmatio toties nihil novi tribuit, quoties actus etiam aliàs ſine confirmatione ſuſtinetur.
4 Et hoc multò magis verum eſt, ſi confirmatio talis actus fiat in formâ communi.
5 Etſi hoc caſu confirmatio vim addit actui confirmato, tamen eundem non extendit, ſed ſolummodo corroborat.
6 Confirmans hoc caſu non cenſetur dare, ſed ſaltem illud jus, quod invenit conſervare.
7 Talis confirmatio ſemper præſupponit jam antè jus cōpetere.
8 Confirmatio novi decreti ex abundanti petita & impetrata, non immutat naturam immunitatis antiquæ.
9 Quæ juri contraria ſunt, ea in ejuſmodi confirmatione nunquam incluſa cenſentur.
10 Quoties confirmatum aliàs non ſuſtineretur, toties confirmans de novo dare dicitur.
11 Debitis requiſitis concurrentibus, confirmatio non ſolum robur dat actui confirmato, ſed & invalidum convalidat.
12 Immò talis etiam confirmatio actum extendit.
13 Talis confirmatio non ſolum ſupplet defectum formæ atque ſolennitatis, ſed & defectum perſonæ.
14 Inſuper neceſſe eſt, de defectu perſonæ ſpecialem & expreſſam mentionem fieri: neq; defectus perſonæ per confirmationē ſuppleri poteſt, etiam cū clauſula ex certa ſcientia. &c.
15 Confirmatio nihil operatur, deficientib. requiſitis neceſſariis.
16 Confirmatio in formâ communi duntaxat impetrata, præbet titulum, juſtam cauſam, & bonam fidem præſcribendi
17 Quamvis confirmatio ſpecificè, & cū requiſitis legitimis facta, defectum juris merè poſitivi tollit.
18 Confirmari tamen non poteſt id, quod nullum eſt jure poſitivo, niſi ii conſentiant, quorum de præjudicio agitur.
19 Id quod nullum eſt, confirmari neque
20 Confirmationis ſubjectum quando nullum vel inutile eſt, contingit ratione facti, vel juris.
21 Principis conſenſus vel confirmatio non præjudicat filiis, quibus ſpe duntaxat probabili jus eſt quæſitum.
22 Sententia à Principe lata aut confirmata, non nocet fœminis in feudo ſucceſſuris, ſine cauſæ cognitione, aut jure illarū indiſcuſſo.

23 Princeps agnatus non ſtatis, nec conſtitutionibus, in præjudicium agnatorum filiam vaſalli feudi capacem facere ſua confirmatione non poteſt, ne ex poteſtate quidem.
24 Confirmationis nullitas in ejuſmodi caſibus ſemper argui, & ſubreptionis vitium allegari poteſt.
25 Princeps non debet, nec poteſt plenitudine poteſtatis uti in iis, ad quorum obſervationem tenetur.
26 Subreptionis exceptio ex confirmatus, ſi ex certâ ſcientiâ, & cauſâ cognita confirmetur. (tertii.
27 Clauſula, ex certâ ſcientiâ nihil operatur ad detrimentum
28 Confirmatio, ſi talis facta eſſet, valet in detrimentum confirmantis.
29 Regulariter quælibet confirmatio valida, ad tempus actus retrotrahitur: atque proinde habetur, ac ſi ab initio actui adfuiſſet.

Confirmatio quando aliquid novi tribuat, necne; breviter & diſtinctè explicatum.

1 CONfirmare † eſt alicui juri vel facto firmitatem
præſtare: unde non tam eſt actus per ſe, quàm re-
quirit aliquid, quod confirmetur, vt notat *Bald. in l.*
2 *falſus. col. 2. C. de furt.* adeo, vt † vbi non eſt confirmabile,
ibi non ſit confirmatio, vt notat idem *Bald. in l. 2. col. 2. C. de*
3 *libr præterit. Brun. conſ. 87. feud. n. 2.* Toties † autẽ confirma-
tio nihil novi tribuit, quoties actus etiã alias ſine confir-
matione ſuſtineretur, *arg. c. inter dilectos. §. porrò. extr. de fid. in-
ſtrument.* & eſt originale dictũ *Oldrad. conſ. 164. in fin. quod
ſequuntur Bart. in l more. n. 4. & 5. abſq; addit, vbi vide Dec. in d. l.
more n 24. &c. ff. de Iuriſd. omn. judic & in rubr. extr. de confir-
mat. vtil. vel inutil Rubeus. conſ. 146. n. 6. Pariſ. conſ. 19. n. 35. &
conſ. 23. n. 7. & 8. lib. 1. & conſ. 3. n 37. lib. 4. Goz. conſ. 8. num. 19.
verſ. tertio pondero. & conſ. 101. n. 18. Menoch. conſ. 1. n. 6. li. 1.* vbi
id clari juris eſſe aſſimat; & proinde meritò hæc ſenten-
tia communis dici poteſt. Adde eundem *Menoch. conſ. 75.
n. 32 lib. 1. & conſ. 414. num. 14. lib. 5. & conſ. 702. in fin. & conſ.
710. n 8. lib 8. Schrad. tr. feudal. part. 6. c. 3. n. 30. Modeſt. Piſtor.
in conſil. quod extat poſt Hartm. Piſtor. quæſt. feud. 20. lib. 2. n. 36.
& ipſe Hartm. Piſtor. d. lib. 2. q. 48. nu. 4. & 27.* Idque multò
4 † magis verum eſt, ſi confirmatio talis actus fiat in for-
mâ communi, id eſt, ſi confirmantis intentio non ſit diſ-
ponere, ſed tantum approbare id, quod confirmat, in
tantum, quantum alias eſt validum & efficax, vt notant
*Ioan. Andr. Anton. de Butr. Imol. Panormit. & vulgò canon. in d.
capit. inter dilectos §. porrò. extr. de fid. inſtrument. c. quia diver-
ſitatem. extr. de conceſſ. præbend. c. ex parte, ibiq; gloſ. extr. de conſtit.
c. dubium extr. de decim. c. quia intentionis extr. de privileg. tot. tit.
extr. de confirmat. vtil. vel inutil. facit textus in l. ſi conſtet. ff. de ap-
pellat. l. actuarios. C. de num. & actuar lib. 12. Speculat. tit. de in-
ſtrum. edit. §. nunc autem. n. 2. Matth Cuno. lib. 1. de pactis. cap 6.
5 n. 245. verſic. Namq; certum eſt.* Etſi enim † hoc caſu con-
firmatio vim addit actui confirmato, tamen eundem
non extendit, vt notant *Dec. in d. l. more. n. 31. & in d. rubr.
extr. de confirmat. vtil vel inutil. Rubeus d. conſ. 146. nu. 6. Pariſ.
d. conſ. 19. nu. 4. lib. 1. & conſ. 33. nu. 50. lib. 3. Menoch. conſ. 191.
nu. 46. & 74. lib. 2. & conſ. 658. n. 8. lib. 7. poſt Socin. Sen. conſ.
159. n. 30. lib. 2. Rutu. conſ. 48. in fin. lib. 1. Hieron. Magon. deciſ.
Lucenſ. 14. n. 22. Schrader tr. feud. part. 5. c. 2. nu. 33.* ſed ſolum-
modò corroborat: vt tradunt *Bald. in l. nominationes in fin.
C. de appellat. & Dec. in d. rubr. extr. de confirmat. vtil. vel. inutil.
n. 1. Menoch. conſ. 704. n. 36. & operatur, vt actus magis tenea-
tur gloſ. c. 1. verſ. confirmationem. extr. de confirm. vtil. Alex. conſ.
123. n. 18. lib. 4. Matth. Cuno. d. lib 1. de pact. cap. 6. n. 245. verſ. &
6 hu juſmodi confirmatio.* Itaq; hoc caſu † confirmans non
cenſetur dare, ſed ſaltem illud jus, quod invenit, conſer-
vare. *Archidiac. in c. ſi eis de elect. lib. 6. Matth. de Aſſlict. c. 1. in pr.
n. 12. per quos fiat inveſtit. Menoch. conſ. 815. n. 100. li. 9.* adeoq;
7 talis † confirmatio ſemper præſupponit jam ante jus cõ-
petere: *d. c. inter dilectos. verſ. cæterum. extr. de fid. inſtrum. Dec.
in d. l. more. n. 32. ubiq; omnes ſic ſcribere teſtatur Menoch. cõſ. 402.
n. 27. lib. 5. Card. Zabarel. conſ. 116. vbi vide.* Vnde cõfirmatio
8 † novi decreti ex abundanti petita & impetrata non im-
mutat naturã immunitatis antiquæ; vt pulcrè conſuluit
9 *Menoch. conſ. 702. n. 18. lib. 8.* Quæ autem juri † contraria
ſunt, ea in ejuſmodi confirmatione nunquã incluſa cen-
ſentur: *arg. c. 1 per quos fiat inveſtit. feud. vbi Bald. n. 2. Iaſ. in d. l.
more. n. 38. & in l. omnes populi. ff. de juſtit. & jur. n. 36. Goz. ad d.
conſ. 8. n. 38 Petr. Duen. reg. 131 limitat. 1. Matth. Cuno. d. c. 6. n.
245. verſ. quib. non obſtat.* Quoties † autem id, quod confir- 10
matur, aliàs non ſuſtineretur, toties confirmans dicitur
de novo dare *c. 1. & c. veniens extr. de tranſact. Pariſ. d. conſ. 3.
n. 39 & 40. lib. 4. Bart. & D. in d. l. more. Goz. conſ. 62. n. 15. Me-
noch. conſ. 293. n. 18. lib. 3. & conſ. 364. n. 6. lib. 4. & conſ. 626.
n. 39. & conſ. 719. n. 54. lib. 8.* dummodò confirmans ille
facultatem dandi habeat, & confirmatio fiat in formâ
ſpecificâ, id eſt, ex certâ ſcientia & cauſâ examinata atq;
plenè cognita: *Dec. in d. c. 1. extr. de confirmat. vtil. vel inutil.*
Quibus † requiſitis concurrentibus confirmatio non 11
ſolùm robur dat actui confirmato, ſed & invalidum, cõ-
validat: *Bart. l. privilegia. C. de SS. Eccl. Iaſ. in d. l. more. n. 30. Dec.
ibid. n 21. Oldr. conſ. 257. n. 14. & 15. Bald. in d. l. nominationes. in
fin. C. de Appellat. Matth. Cuno. d. c. 6. n. 245. verſ. aliud eſt in con-
firmatione: Vbi vide plures in hoc allegatos.* adeoq; efficit, vt ul-
terius de actus invaliditate quæri non poſſet: *d. c. 1. extr. de
confirmat. vtil. vel inutil. Abb. in c. ea quæ n. 3. ext. de ſent. & re ju-
dic. Menoch. conſ. 80. n. 49. lib. 1. & conſ. 378. n. 39. lib. 4.* Immò
talis † confirmatio actum etiam extendit, vt poſt *Bald. in* 12
*cap. pen. extr. de conſtit. ſingulariter notat Iaſ. in d. l. more. n. & Ca-
ſtell. Cotta in memorabilib. verb. confirmatio.* Supplet autem † 13
talis confirmatio nõ ſolùm defectum formæ atq; ſolen-
nitatis; ſed etiã defectum perſonæ; vt ex *argum. l. fin. ff. de
teſtam. tutel. arguit Bald. ibid. quem ſequuntur Alex. conſ. 122. nu.
21. lib. 4. Iaſ. in d. l. more. n. 40. Weſſenb. conſ. 4. ſub fin. Cun. d. c.
6. n. 245. verſ. quod procedit.* Ita tamen, vt hoc † caſu neceſ- 14
sè ſit, de defectu perſonæ ſpecialem & expreſſam men-
tionem fieri: neq; ſuppleri defectus perſonæ poſſit per
confirmationẽ, etiam cum clauſula, ex certâ ſcientia, vel
de plenitudine poteſtatis; vt vno ore concludunt *Specul.
tit. de legat. §. nunc oſtendendum. n. 15. Ant. de Butr. & Imol. in d.
c. 1. extr. de tranſact. Cuno d. c. 6. n. 245. d. verſ. vbi præterea. Aretin.
Curt. Iun. & Rumald. ad hoc allegat. quos vide. Eſt enim pulcra
hæc conſideratio.* Deficientibus autẽ † requiſitis ſuprà enu- 15
meratis, confirmatio hoc caſu nihil operabitur; ita cen-
ſent omnes *in d. c. 1. extr. de confirmat. vtil. vel inutil. Menoch. d.
conſ. 8. n. 74. Socin. Sen. conſ. 266. col. vltim. lib. 2.* Sed intelli-
getur tum confirmatio tantũ facta in formâ communi;
auff alles so recht iſt: adeoq; facilè per contradictionem
illorum, quorum intereſt, annullabitur: per tradita *gl. &
Dd. in c. quia diverſitatem. extr. de cõceſſ. præbend. Dec. in d. l. more.
n. 30. & in c. 2. extr. de confirm. vtil. vel inutil. n. 5. Ancharan. conſ.
190. Menoch. conſ. 501. n. 42. lib. 6.* Confirmatio † tamen 16
etiã in formâ communi tantum impetrata, præbet titu-
lum, juſtam cauſſam, & bonam fidem præſcribendi: vt
rectè tradit *Hoſtienſ. in ſumm. §. quis ſit effectus. ad tit. extr. de
confirm. vtil. vel inutil. Abb in c. dudum. extr. de elect. Schrad. d. tr.
feud. part. 6. c. 3. n. 34. vbi plures ad hoc allegatos vide.* Etſi autem
† confirmatio ſpecificè, & cum requiſitis ſuprà enume- 17
ratis facta, defectũ juris merè poſitivi tollat; id eſt, etſi ta-
liter poſſit confirmari id, quod juri merè poſitivo eſt cõ-
trarium, verbi gratia; teſtamentum, cui ſolemnia extrin-
ſeca deſunt, & quæ his ſunt ſimilia, idq; propterea, quod
Princeps eſt ſuprà jus merè poſitivum: & alias etiam
contra illud ſtatuere poteſt: *c. cuncta. 9. q. 3. c. propoſuit. extr.
de conceſſ. præbend. c. non dubium. extr. de ſentent. excõmunic. c. 1. de
conſtit. in 6. Canoniſt. cõmuniter in c. quæ in Eccleſiarũ. extr. de con-
ſtit. Goz. conſ. 9. nu. 5. Curt. Iun. conſ. 1. nu. 18. Bellon. conſ. 2. nu. 8.
Franc. Marc. deciſ. 809. n. 5 part. 1. Math. Cuno. d. c. 6. n. 245. verſ.
deinde hoc procedit, vbi ad hoc plura vide: adde Pruckman. §. ſoluta
poteſtas. c. 3. & 4. per diſcurſum.* tamen † taliter cõfirmari nõ 18
poteſt id, quod nullum eſt, jure poſitivo etiam, quatenus
id jus poſitivũ in jure naturæ vel gentium radicatur, niſi
conſenſerint ij, de quorũ præjudicio agitur: *arg. c. cum di-
lecti. vbi Abb. n. 4. extr. de emt. vendit.* Itaq; † theorica Docto- 19
rũ, qui dicunt, id, quod nullũ eſt, confirmari non poſſe:
*c. auditis. extr. de elect. c. prudentiam. ibiq; Innocent. extr. de offic.
delegat.*

delegat.gl.in c.quamſit de elect.in 6.Socin.Iun.conſ.144.n.18.li.1.
Non tantum intelligitur de cõfirmatione in communi formâ facta,
vt videtur ſentire Cuno d.c.6.n.245.verſ.ad hanc etiam. Sed etiã
de cõfirmatione ſpecificâ, ſi ſubjectũ confirmationis ſit
20 nullũ, vel inutile. Hoc autẽ † contingit vel ratione facti;
putà, ſi quid p metũ, aut dolum factum ſit: huic enim cõ-
firmatio nihil dabit, cũ ſit tale, q nec confirmari poteſt,
nec dari, juxta doctrinã *Bald.in l.2.C.de iis, q per met.non ap-*
pell.Goz.cõſ.9.n.37. Quid enim iniquius, quã id, q ſimpli-
citer non licet, confirmatione in fraudẽ aliorũ tendente,
velle obtinere: aut ratione juris, ſcilicet, nõ merè poſiti-
vi, *d c.cum dilecti.extr de emt.vendit.ibiq; Abb.n.4.Bart in l.1.ff.*
de his, q ſunt ſui vel alien.jur.Dec.in d.l.more.n.21.Goz.d.cõſ.62.
n.14.& 15.Menoch.conſ.1.n.406.li.1.& cõſ.345.n. 0.lib 4.&
conſ.658.n.8.lib.7.poſt Rum.conſ.158.n.17.lib.1.& copiosè tra-
ditap Marſil.ſing.196. Quò pertinet, q confirmatio rituũ
à Principe facta intelligatur de juſtis: *Vincent.de Franch.de-*
21 *cſ.Neapol 2.n.33.* Sic † Principis conſenſus vel confirma-
tio, non pjudicat filiis, quibus ſaltẽ ſpe pbabili, jus quæ-
ſitũ eſt, vt ſcripſerunt, *Covar.li.3.variar.reſolut.c.6.n.5. Clar.*
in §.feudum q.41.Soc.Iun.conſ.160.n.3.lib.2.Pariſ conſ.10.n.3.
lib 1.Rol.à Valle, conſ.vlt.n.101.lib.4. Menoch.conſ.442.nu.35.
22 *lib.5.* Sic nec † quidẽ ſententia à Principe lata, aut confir-
mata nocet fœminis, quę ſucceſſuræ erant in feudo, ſi illa
lata fuit ſine cauſſæ cognitione, aut juribus illarũ plenè
nõ diſcuſſis, vt reſpondit *Brunus inter conſilia Purpurat. conſ.*
367.n.8.lib.1.Menoch conſ.501.in fin.lib.6.& in caſu non multũ
23 *abſimili Menoch.conſ.974.lib.10.* Et cõtra † Princeps agna-
tis non citatis, nec cõſentientibus in præjudiciũ agnato-
rũ filiã vaſalli feudi capacem facere ſua cõfirmatione nõ
poteſt, ne quidẽ vi ſoluię poteſtatis: vt rectè docent *Alva-*
rot.in c.1.§.hoc quoq; n.2.Prepoſ.ibid.n.2.Schenck.n.7.de ſucceſſ.
feud.Bald.in c.1 in pr. Alvar.ibid.nu.3 Prepoſ.n.2.Iſern.nu.1.verſ.
nec ita filiã. Affl.n.14. Schenck.n.6.de alien.feud.patern. Curt.
Iun. tr feud.1.membr.3.part.pr.n.14.Zaſ.tr.feud.part.9.n.124.
Tiber.Decian.conſ.24.n.16.vol.1.Hartm. Piſt. q.40.n.39.lib.2.
vbi hanc cõmunem dicit. & licet ab eadẽ receſſerint *Affl.ſibi*
contrarius in c.1.§.hoc quoq; nu.12.verſ.6.de ſucceſſ.feud. Covar.
lib.3.Var.reſolut.c.6.nu.3.verſ.7.Maſner.in addit ad pract.Pa-
pienſ.in form.libell.quo agitur ad revocat.feud. Rol.à Valle, conſ.3.
n.117.& 122.lib.1.& alij, quos refert Pruckm.d.c.4.membr.1.
effect.6.n.3. tamen prior ſententia & cõmunis eſt, & veriſ-
ſima, eamq; ab argumentis adverſariorum egregiè tuetur
Pruckm.d c.4.membr.1.effect.6.n.9.& ſeqq aliquot. quo bre-
vitatis cauſſa remiſiſſe ſufficiat, cũ hæc tantũ pro exẽplis
24 declarationis ppoſitæ afferantur. Itaq; † in ejuſmodi ca-
ſibus ſẽper poterit nullitas confirmationis argui, & ſub-
reptionis vitiũ allegari: vt in ſimili caſu noviſſimè tenuit
25 *Menoch.conſ.978.n.15.lib.10.* Cum † Princeps non debeat
nec poſſit plenitudine poteſtatis vti in iis, ad quorũ ob-
ſervationẽ tenetur. Sicut in hoc caſu non dubiũ eſt, ipsũ
teneri ad obſervantiã primæ inveſtituræ, ex qua jus quę-
ſitum eſt agnatis, tanquã ex contractu: per ea, q per diſ-
curſum eleganter docet *Pruckm.d.c.4.memb.2.effect.1.& 2.*
26 Nec † ſubreptionis exceptio ex eo infirmabitur, ſi repli-
cetur in confirmatione fuiſſe dictũ: q ex certâ ſcientiâ &
cauſſâ cognitâ confirmabatur; quia ob nimiam tẽporis
brevitatẽ ipſa cauſſę cognitio non præſumetur adhibita,
vt poſt Alex.conſ.122.lib.2.tradit Pariſ.d.conſ.33.n.50.lib.3. Me-
27 *noch.d.conſ.501.in fin.lib.6.* Et alias traditũ eſt, clauſulam †
ex certâ ſciẽtia nihil operari ad detrimentũ tertij: *Menoch.*
conſ.103.n.83.lib.1. vbi plures ad hoc allegat: neq; in iis, q ſunt
facti, *Menoch.d.cõſ.103.n.84.* maximè, cum adhibetur ſine
cauſſæ cognitione, vt poſt *Pariſ.Zaſ.Granum.& Rol.à Valle,*
28 *tradit Menoch.d.conſ.103.in fin.* Si tamen † facta fuiſſet talis
confirmatio, etſi non valeret in detrimentũ illorum, de
quorũ præjudicio agitur, & qui ſatis auditi non ſunt, per
ſuprà deducta: tamen valeret in detrimentũ confirman-
tis, ſi credimus *Caſtr. in l.p fundi.ff.de ſervit.ruſtic.præd. Alvar.*
in c.1.de alienat.feud.patern. Menoch.d.conſ.1.n.406.circa q ſub-
29 *ſiſto, & amplius diſcutiendũ exiſtimo.* Illud certũ eſt: q † regu-
lariter qlibet confirmatio valida ad tempus actus retro-
trahatur, atq; perinde habeatur, ac ſi ab initio actui ad-
fuiſſet: *arg.l.ſi donata.§.ſi ſponſus.ff.de donat.int.vir.& vxor.l.*
fin.C.ſi major.fact.alien.fact.ſine decreto ratã hab.Bald.in c.1.pr.
extr.de fid.inſtrument.Marſil.ſing.113.Schrad.d.tr.feud.part.10.
ſect.20.n.42.& part.4.c.1.n.6.

RESPONSVM CIX.

Quæſtio.

Aſſertioni Principis ſoli quando ſtetur?

NOTABILIA.

1 Teſtium numerus vbi iure ſpeciali expreſſus non eſt; ibi duo ſufficiunt.
2 Papæ Romani aſſertio an plenam inducat probationem.
3 Papa Romanus vices Dei in terrâ ſuſtinet, de quo, veritatem eum dicere, præſumitur.
4 Dictum vnius, dictum eſt nullius, tam in profanis quam ſpiritualibus verum eſt.
5 In ore duorum vel trium ſtat omne verum, ipſo Salvatore aſ-(ſerente.
6 Teſtis vnus, vt plenã probationẽ faciat, admittendus non eſt, etſi præclarę Curiæ honore præfulgeat, imperatoria conſtitutione cautum eſt.
7 Teſti vni plena fides minimè adhibetur.
8 Exceptio firmat regulam, in caſibus non exceptis.
9 Falſum eſt, quod ſolius Principis ſecularis aſſertio plenam fidẽ mereatur.
10 Principis verbum pro lege habendum eſt: atque ita quod Princeps credit, & nos credere debemus.
11 Vt nõ omnis vox iudicis eſt ſententia, ſic nec omne verbũ, ſive placitum principis lex eſt, ſed illud demum, quod principi animo condendæ legis placuit.
12 Soli principis aſſertioni, plena fides non adhibetur.
13 Lex eſt communis Reipubl. ſponſio, quâ ſe Princeps ſubditis, è diverſo principi ſubditi ſeſe ad leges cuſtodiendas & obſervandas obligant.
14 Statur literis iudicis, atteſtantis aliquid de iis, quæ ad officium ſuum pertinere videntur.
15 Exceptionem oportat eſſe de regula.
16 Plenè creditur Principi in iis, quæ abſolutè pendent ab eius officio, vel quæ ſunt in ſolâ eius poteſtate.
17 Iudex vir bonus eſſe, nihilque niſi quod iuri & æquitati convenit, agere præſumitur.
18 Pro principe militat pręſumtio, eũ cuncta ſanctè & iuſtè agere.
19 Et princeps iuſtitiæ plenus præſumitur, nec credendum, quod falſum dicat.
20 Exemplum Henrici II. Regis Galliæ in cauſſâ hereditaria.
21 Bodini dictum notatu digniſſimum: ab æquitate, & iudicandi religione non diſcedendum.
22 Cum de præiudicio tertii agitur, principis aſſertio per ſe ſola plenam probationem nõ efficit, ſed teſtis omni exceptione maior habetur.
23 Et opinio illa procedit, etiam quando princeps ſuper aſſertione facti alieni ſuam fundat intentionem.
24 Aſſertio eſt confeſſio, quæ etiam probat contra confitentẽ, & cuiuslibet alterius aſſertioni ad præiudicium ſuum creditur.
25 Nemo in cauſſa propriâ teſtis idoneus perhibetur.
26 Si princeps de delicto alicuius aſſerat, deq; eo ſibi ex viſu cõſtare dicat, an hoc ad condemnationẽ rei ſufficiat? remiſſivè.
27 Notabilis facti ſpecies, hoc in caſu, de Henr. II. Rege Gallię.
28 In criminalibus probationes ad condemnandum oportet eſſe liquidiſſimas.
29 Paulus III. Pontifex Romanus reum inique condemnans.
30 Si ſoli Principis aſſertioni in condemnando ſtandum, quid conſequens.
31 Principi aliquem rebellem eſſe aſſeranti, an credatur; idem vid. ſub fin.
32 Multa dicuntur notoria, quæ non ſunt.
33 Deciſivè proponitur, quando & quomodo aſſertioni Principis plenè credendum.

Auxilium â Domino.

UBi numerus † teſtium jure ſpeciali definitus non 1
eſt, ibi duos ſufficere, conſtans eſt juris regula: *l. vbi*
numerus.12.ibiq; Dd.ff.de teſtib. Hinc diſputatũ eſt apud Dd.
an ſola Principis aſſertio plenã inducat pbationẽ? Quod
quidẽ de Papa † Romano affirmarunt pleriq; Canoni- 2
ſtarũ p *Clement.1.de probat.ibiq; Anchor.in pr.& per c.cum à no-*
bis, vbi Abb.in pr.& n.1.& 2. Ant.de Butr.n.3. Felin.n 1.extr.de
teſtib. Et quidẽ Abb.in d.princ.retulit ita cõmuniter ſummariſtas
textũ, & ita communiter teneri notat Ioſ. Ludov.in commun.opin.

concl.14.illat.42.verſ.& quamvis iſtud. Aretin. in d. c. cũ à nobis.
3 *n.7.* Idq; ex eo p̃ſuppoſito, ꝙ is † vices Dei in terrâ gerat,
vt ꝑinde præſumatur, non niſi veritatem teſtari; vt notat
Ioſeph. Lud. d. loc. verſ. ego autẽ. Thom. Gramm. deciſ. 15. in fin. &
Maſcard. vol 3. de probat. lib. 3 concl. 1143. n. 1. & ſeqq. & concluſ.
1227. n. 1. & ſeqq. vbi vide, vſq; ad nu. 10. Proſper. Farin. lib. 2. de
oppoſ. contra perſon. teſt. tit. 6. q. 63. n. 19. & ſeqq. Sed, quod pace
tantorũ virorum dixerim, hæc cõmunis ſententia, mihi
ex eo ſuſpecta, immò falſa & adulatoria videtur, ꝙ ipſi
4 ſacri Canones, adeoq; jus divinum ſtatuunt, dictum †
vnius eſſe dictũ nullius: *c. licet vniverſis. ibiq; gl. communiter*
approbata. c. veniens. c. jurejurandum & c. in omni negotio. extr. de
teſtib. ꝙ tam in profanis, quàm in ſpiritualibus verũ eſſe
aſſerit *Abb. in c. cum dilectus n. 4. extr. de ſucceſſ. ab inteſtat. facit*
text. in c. fin. 35. q. 6. & in c. admonere. 33. q. 5. vbi clarè dicitur, ꝙ
nec Evangelium, nec vlla divina humanaq; lex vnius te-
ſtimonio etiã idoneo quempiam condemnet, vel juſtifi-
5 cet: & ꝙ † in ore duorum vel trium ſtet omne verbum:
Deuteron. c. 17. & 19. ꝙ ipſe Salvator repetit Matth. 18. & Pau-
lus. 1. Corinth. 13. Idemq; ex noſtris retulerunt & ſecuti ſunt Tiraq.
de reb. exig. in pr. verſ. ſecunda ratio eſt. Ludovic. Roman. ſing. 361.
Eamq; ſententiã communem & veriſſimam teſtatus eſt Tiber. De-
6 *cian. conſ. 92. n. 23. & ſeqq. lib. 2.* Et generaliter † in omni te-
ſte, quantumvis in dignitate poſito; vt nimirũ vnus teſtis
ſolus plenã probationẽ non inducat; tenet *Tiber. Decian.*
conſ. 93. n. 17. lib. 2. & magis cõmuniter receptum ait Ioſeph Lud.
in comm. opin. concl. 70. verſ. ampliatur primò, & ſequitur Fa-
rinac. d. c. 63. n. 3. & 4. etſi multi fruſtrà diſſentiant quos refert
ibid. n. 5 quib. adde Menoch. lib. 1. de arbitr. jud. q. c. 99. n. 5. adeò,
vt veriſſimum ſit, nec ſtatuto, nec conſuetudine, nec etiã
7 à Principe, vel Papa fieri poſſe; vt † vni teſti plena fides
adhibeatur; vt poſt *Ludov. Roman. dec. ſing. 361. & alios mul-*
tos relatos cõmuniter à Dd. receptũ & veriſſimũ eſſe teſtatur Farin.
d. c. 63. n. 9. & 10. etſi in ſequentibus declarationes aliquas adjicit,
quas neq; jure ꝓbari, neq; ſufficienti aliquã ratione fulciri exiſtimo.
Ad propoſitum igitur redeundo, quamdiu ſupra ſcriptæ
opinionis adſertores de Pontificis teſtimonio ſolo ple-
nam ꝓbationem facientis, aliquã juris ſanctionem, vel
ſufficientem rationem ſpecialem non attulerint, ex qua
appareat, à regula juris divini & humani, ꝙ vnanimiter
dicto vnius fidẽ plenã abrogat, tamdiu regulæ inhæren-
8 dum exiſtimo: cum & alias receptũ ſit, ꝙ † exceptio fir-
met regulã, in caſibus non exceptis: *l. nam ꝙ liquidè ff. de pe-*
nu legat. Catheran. deciſ. 26. n. 12. Franc. Herculã. tr. de attentat.
c. 30. n. 5. Borch. tr. Feud c. 8. n. 140. Tomm deciſ. 16. n. 7. Hartm.
9 *Piſt. lib. 2. q. 13. n. 74. & q. 19. n. 70. & q. 27. n. 7.* Eadẽ porrò †
ratione falſam exiſtimo ſententiam multorum abſolutè
prolatam, qui in principe ſeculari ſtatuunt, ꝙ ejus ſolius
aſſertio plenã fidem mereatur: cujus ſententiæ autores
& rationes vide apud *Maſcard. lib 1. de ꝓbat. concl. 139. n. 10.*
& n. 35. & lib. 3. concl. 1227. à n. 10. vſq; ad n. 23. etſi ibidẽ teſte-
tur, hanc non tantũ communem magis, ſed etiã veriorẽ
opinionẽ: & ſine dubio magis communiter receptã ait
Farin. d. q. 63. n. 84. Tutior enim & verior eſt contraria o-
pinio, de qua *Felin. in d. c. cum à nobis. n. 3. verſ. ſed nihilominus.*
extr. de teſt. & alij relati per Farin. d. c. 63. n. 83. & per Maſcard. d.
concl. 1227. n. 24. Nec obſtant rationes, ab eodem pro
communi opinione adductæ.

10 Primò, quod † Principis verbum pro lege habendũ
ſit: atq; ita, ꝙ princeps credit, id & nos credere debea-
mus, ad ꝙ adfertur autoritas *Baldi, in l. 1. per illum text. ff. de*
offic. præfect. prat. & in c. cæterum. col. 3. extr. de judic. Reſponde-
11 tur enim; ſicut non † omnis vox judicis eſt ſententia: *l. ex*
ſtipulatione. C. de ſentent. & interlocut. omn. jud. gl. in § ſed & ꝙ
principi: ibiq; Aldobrandin. Inſtit. de jur. nat. Gent. & civ. Ita nec
omne verbũ ſive placitum principis lex eſt, ſed illud de-
mum, quod principi animo condendæ legis placuerit, vt
reſolvit *Aldobrand. d. loc. & Vaſq. illuſtr. controv. c. 2. n. 2.* quod-
que prius deciſum nõ ſit, adeoq; ſanctione opus habeat;
vt ex textu *d. § ſed & ꝙ Principi erudité arguit Frid. Pruckm. in*
§ ſoluta poteſtas. c. 3. n. 96. verſ. deinde illa ipſa objectio. Et tandẽ,
ꝙ vſu etiã receptum ſit, vt ex *l. 1. § ſi cohæredis. ff. ad legem Fal-*
cid. deducit Cujac lib. 15. obſ. 14. Atqui nullibi *in ll. noſtris* legi-
tur, quod Princeps Romanus legẽ tulerit, multoq; minus,
ꝙ ea res ſanctione opus habuerit, minimè autẽ omniũ,
ꝙ talis ſanctio, ſive opinatio vnanimi Reipubl. conſenſu
recepta ſit, † vt ſoli Principis aſſertioni plena fides adhi- 12
beatur. Stabitur igitur regulę Jur. cõmunis, maximè enim
lex † cõmunis Reipubl. Spõſio fit *l. 1. ff. de leg.* quâ ſe Prin- 13
ceps ſubditis, & è diverſo principi ſubditi ſeſe ad leges
cuſtodiendas & obſervandas obligant, vt pulcrè inter-
pretatur *Vaſq. Illuſtr. controv. c. 45. n. 3. & tr. de ſucceſſ. progreſſ. in*
præfat. n. 7.

Secundò non obſtat, ꝙ objicitur, *ex l. ſi publicanus. § . de*
reb. ff. de public. ꝙ † nimirũ ſtetur literis judicis atteſtantis 14
aliquid de iis, q̃ pertinent ad officiũ ſuum. Ibi enim de re
modici præjudicij agitur, & teſtificatione extrajudiciali;
de qua hîc non loquimur, cũ † exceptionẽ oporteat eſſe 15
de regulà: regula autẽ, *in d. l.* vbi numerus, ſicut & totus
ille titulus de teſtib. intelligẽda ſit, de teſtibus in judicio
deponentib. Immò amplius, ſi Præſes, de quo loquitur
d. l. ſi publicanus. § . reb. multa ex ꝓvinciis abſq; vectigali ex-
portaret, & publicani ꝓbare poſſent, id præter neceſſita-
tem publicam fieri, vtiq; ad ꝓbationem admitterentur:
itaq; teſtimoniũ Præſidis illo caſu, ſi res controverſa fie-
ret, præſumtionẽ tantum faceret, nõ plenã ꝓbationem,
de quo nos quærimus. Tandem non dubiũ eſt, plenè † 16
credi Principi in iis, quæ abſolutè pẽdent ab ejus officio,
vel quæ ſunt in ejus poteſtate ſolâ. Nã ſi præſumtio juris
eſt, ꝓ † judice, qui alias vir bonus appellatur. *l. vir bonus.* 17
ff. judic. ſolv. ꝙ in iis, quæ ſunt officij ſui, nihil agat, niſi ꝙ
juri & æquitati convenit: *l. 2. C. de offic. civil judic. Socin. Sen.*
conſ. 115. col. 2. lib. 1. & tr. fallent. reg. 362. vel Sententia Alciat. tr.
de p̃ſumt reg. 3. p̃ſumt. 9. Alberic de Roſate. tr. ſtatut. part. 4. q. 29.
verſ. item cum ille. Menoch. conſ. 100. n. 2. lib. 1. quantò † magis 18
ꝓ principe præſumetur, ꝙ juſtè & ſanctè agat. *gl. in l. rele-*
gati in fin. C. de pæn. Menoch. d. conſ. 100. n. 16. Vnde nec tertiò
obſtat ratio allata à *Maſcard. d. concl. 1227. nu. 22.* ꝙ † prin- 19
ceps præſumatur juſtitię plenus, nec credendũ ſit, quod
falſum dicat: *per l. 2. § . marito. & § . ſi quis. ff. ne quid in loco pu-*
blic. l. ex facto. in pr. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Reſpondetur
enim, hoc verũ eſſe in iis, q̃ à ſola principis poteſtate pen-
dent alias ex hac præſumtione non effici plenã ꝓbatio-
nem in judicio ſive ad jus tertio auferendũ, ſed oportere
alia adminicula concurrere, vt puta, quod Princeps per-
ſonã judicis deponat, & teſtẽ agat quod non modò lice-
re poſt Azonem cenſuit *Bodin. lib. 6. de republ. c. 6.* ſed & in
facto contigiſſe refert, ꝙ † Henric. II. Galliæ Rex, in gra- 20
viſſima cauſâ, quæ de hereditate quapiã agebatur, pri-
vatim modò, & quidẽ juratus teſtimoniũ tulerit. Ita gene-
raliter verũ eſt, quod ait † *Bodin. d. c. 6.* quod ab æquitate, 21
& religione judicandi diſcedere liceat nemini: injuria
verò, non aliter ac ſimia purpurâ induta, cũ fœditate ſẽ-
per ſit & turpitudine conjuncta. Teſtis igitur omni † ex- 22
ceptione major erit princeps; ſi talis caſus contingat: ple-
nam autẽ ꝓbationem ejus aſſertio per ſe ſola non faciet:
maxime cum de præjudicio tertij agitur, quod ipſum dũ
admittunt Dd. ſententiã ſuam ſuprà poſitã, tanquã pueri
in arenâ ludẽtes, deſtruunt. Sic enim, quod Principis ſoli
aſſertioni ſtandũ non ſit in iis, quæ grave alterius præju-
diciũ concernunt, ne quidẽ ſi de ꝓprio ſuo facto Prin-
ceps aſſerat, tradunt plures relati ab *Ant Gabr. rubr. de pro-*
bat. concl. 2. n. 28. lib. 1. Gravet tr. de antiquit. tẽpor. part. 1. in pr. n.
16. & ſeqq. vſq; ad n. 23. juncto nu. 29. & plurib. ſeqq & ſect. non
omitto. n. 22 & ſect. ꝓpoſitum n. 4. verſ. ſolũ enim ꝓcedit. & n. 9.
vbi hanc magis cõmunem opinionem eſſe dicit: & plurib rationib. ac
autoritatib. firmat Brunor. à Sole in ſuo conſ criminn. 49. Decia-
nus conſ. 23. n. 6. & conſ. 18. n. 27. verſ. immò neq; ſi princeps. lib. 1.
Maſcard. lib. 1. de probat. concl. 139. n. 14. & hanc opinionem magis
cõmuniter à Dd. receptam tradit Farin. d. q. 63. n. 52. & ſeq Me-
noch. conſ. 1. n. 8. lib. 1. atq; ita haud dubie intelligenda eſt Clement.
1. de probat. Et licet in hoc inter Papam & Principẽ ſecu-
lare m

Google

latem diſtinguant *Menoch. & Maſcard.poſt Felin. in d.c.cum à*
nobis.n.2.extr de teſtib.rejectis tamen diſtinctionib. contrariã ma-
gis cõmunem firmat Farin.d q.63.n.154 & n.169.poſt Gravet.d.
tr.part.1.ſect ꝓpoſitum.n.9.Cephal.conſ.302.n.80.lib.3. Idem
eſſe, cum de facto alieno agitur; vt ſcilicet hoc caſu ſolâ
principis aſſertio plenã fidem non faciat, magis cõmuni-
ter tradunt Dd. quos longo ordine recenſet & ſequitur
Farin d.q.63.n.157.quib.adde Bald. Abb.Soc.in Sen. Dec. Gravet.
Rum Pariſ quos omnes allegat.Menoch.d conſ.100 n.26.vbi vid.
etſi num.aliquot ſeqq. ibidẽ ipſe contrarium defendere fruſtra labo-
ret. Et hanc opinionẽ receptiſſimam eſſe docet *Maſcard.d.*
concl.1227.nu.60.licet contrariũ ſentiant multi, quos refert idem
Maſcar.lib.1.de ꝓbat.concl.139.n.22.verſ.ſunt,& alij Ant.Gabr.
23 *d.concl 2.n.45.Tiber.Decian.conſ.41.n.24 lib.2.* Et hæc † cõ-
munis ac veriſſima opinio etiam tum procedit, quando
Princeps ſuper aſſertione facti alieni ſuam intentionem
fundat, ſive, vt vulgò loquuntur, quando non relativè,
ſed aſſertivè facti alieni meminit, vt in ſpecie tradit *Maſc.*
d.concl.1227.n.60.ubiq; relati cõtra multos,quos recenſet ibidem.
n.61.& Farin.d.q.63.n.159. Cur autẽ Principi de facto ꝓ-
prio aſſerenti, cum in grave præjudiciũ rei tij illa aſſertio
nõ vergit, plena fides adhibeatur, ratio in ꝓmtu eſt, quia
24 nimirũ illa † aſſertio eſt confeſſio, q̃ etiã aliàs ꝓbat con-
tra confidentẽ: & cujuslibet etiã alterius aſſertioni cre-
ditur ad præjudiciũ ſuum. *Tiber.Decian.conſ.59.nu.23.lib.2.*
Ioſeph Ludov.d. concl.14.nu.61.atq; ita intelligo tradita per Ioan.
Lap.alleg.7.n.7.verſ.quia non eſt verum. Dec.conſ.59.n.23.lib.1.
Ioſeph.Ludov.concluſ.14.illat.42.verſ.aſſertiom tamen Principis.
Faciunt quæ in ſimili arguendo infert Gravet.d.ſect. ꝓpoſitum.n.5.
Multò autẽ minus ſola aſſertio Principis plenam fidẽ fa-
ciet, cum de ꝓpriâ ipſius cauſâ, commodo, aut intereſſe
agitur, vt perperã ſenſit *Felin.in c.poſt ceſſionem.n 17. extr.de*
probat.Ioſ.Ludov.d.concl.14.illat.42.verſic.ego antẽ in pr. Nulli-
bi enim legimus juri illi, ꝙ ex naturali æquitate fluxit, &
25 neminẽ in † ſua cauſâ, teſtem idoneũ eſſe ſancit, ſpeciali
aliqua ſanctione derogatũ. Itaq; veriſſima eſt ſententia,
& recte *Farin.d.q.63.n.171. & ſeqq. magis cõmuniter à Dd. re-*
26 *ceptâ, vt hoc in caſu Princeps jure communi vtatur.* Sed quid ſi †
princeps de delicto alicujus aſſerat, idq; eo ſibi ex viſu
conſtare dicat, an hoc ad condemnationem rei ſufficiet?
Ita exiſtimat *Clar.in pract.crimin.§.fin q.53 verſ ſed quid ſi ali-*
quis & hoc verũ eſſe credidit Farin.d.q.63 n.177. quando Prin-
ceps de viſu aſſerit, & quando nõ agitur de privando de-
linquentem bonis vel feudo, atq; ita intereſſe Principis.
27 Quo pertinet † notabilis facti ſpecies, q̃ refert *Bodin d.lib.*
6 de Republ.c.6. Henric. II. Galliæ Rex Italum familiarem
in capitali ſcelere comprehenſum duci juſſit: reus tædio
carceris rogationẽ tulit, vt ex albo reorũ eximeretur, &
vinculis ſolveretur: quandoquidẽ nullius criminis cõvi-
ctus immò nec dum accuſatus eſſet. Prætor Curiæ cum
tribus judicibus regẽ adijt, vt q̃ illũ occaſio adverſus reũ
impuliſſet, intelligeretur. Rex hominẽ damnari juſſit, ꝙ
eum in crimine capitali deprehendiſſet, nec tamen id ꝓ-
vulgari vellet. Ad quẽ Prætor: Nos jurati ſumus, non niſi
convictũ, & ex animi noſtri ſententia damnaturos nemi-
nem. Rex irâ cõmotus, quod fidẽ ſuam in dubiũ vocari
intelligeret, jurejurando obteſtatus eſt, ſe hominẽ in ſce-
lere nefario deprehendiſſe. Ibi Magiſter militũ Regem
paululũ ſeduxit, & ſuppliciũ in noctẽ differendũ ſenſit,
ne populus rei novitate perturbaretur: nocte itaq; ſequẽti
reus in flumẽ, jubente rege, demerſus eſt. Hactenus Bo-
dinus: qui paulò antè ibid. affirmat; ſi judices judicandi
religione ac legibus obligato Regi in damnãdo illo reo
ex ſolâ Regis aſſertione paruiſſent, carnifices ac parrici-
dæ potius, q̃ judices videri potuiſſent: ꝙ ego judiciũ cõ-
tra Clarum & Dd. ſuprà ſcriptos veriſſimũ eſſe exiſtimo:
28 cũ in † criminalibus ad condemnationẽ oporteat ꝓba-
tiones eſſe liquidiſſimas, qualẽ ſolius Principis aſſertio-
nem etiã juratã eſſe adhuc cõtrovertitur. Torqueri reus
ille ex regis aſſertione ſup delicto poterat, condemnari
nullo alio adminiculo concurrente, non debebat. Nec
† minus, immò magis iniquè feciſſe judicandus eſt Pau- 29
lus III. Papa, qui hominẽ damnari juſſit, quia ſibi adhuc
Cardinali parricidiũ admiſiſſe cõfeſſus eſſet; quod tamẽ
reus cõſtanter negabat. *Bodin.d.c 6.* Ratio in † vtroq; ca- 30
ſu eſt; quia ſi ſoli aſſertioni Principis etiã ad condemna-
tionẽ eſſet ſtandũ, vtiq; in facultate Principis relinque-
retur, aliquẽ ſine cauſtæ cognitione vitâ privare, contra
jura divina & humana ſuprà allegata: Vnde nec † Papæ, 31
de notoriâ rebellione aſſerenti plenè creditur; vt conſu-
luit *Iaſ.conſ.86.n.7.lib.3.* nec Principi de notorio aſſerẽti,
cum † multa dicãtur notoria, q̃ nõ ſunt: *Vid.Clement.Pa-* 32
ſtoralis.de re judic. Tiber. Decian.conſ.23.nu.16.& ſeqq.lib.1.&
conſ.606.n.13.& 14.& Farin. d.q.63.n.179. vbi in fine contra-
riam opinionem eorum, qui principis aſſertioni de notorio omninò
ſtandum,& quos paulò ante ibidem n.178.recenſet,minimè veram
eſſe credit. Probè † igitur examinatis iis, q̃ in hac q̃ſtione 33
Dd. locis allegatis ad nauſeã tradunt & repetunt, appa-
ret, principis aſſertioni plenè nõ credi, niſi in facto pro-
prio, vel tali, quod à ſola ejus poteſtate vel officio pẽdet,
vel etiã alieno, coram ſe geſto, non tamen in grave tertij
præjudiciũ: atq; paucis hiſce caſibus tantũ verum eſſe,
quod contra aſſertionẽ principis non admittatur ꝓba-
tio in contrariũ, ꝑ tradita *Cyn.in l.reſcript.q.3.& 4.C.de prec.*
Imperat.offerend.Maſcard.d.concl.1227.n.5.n.29.& ſeq. Et cũ
hi caſus nõ ſint de regulâ *d.l.vbi numerus.12.ff.de teſtib.* ideo
de hac exceptione eos perperã digladiari: cum caſus ille
peculiaris vel ad cõfeſſionis effectũ, vel ad materiã præ-
ſumtionis, q̃ ex dicto vnius teſtis omni exceptione ma-
joris oritur, ꝑtineant. Vnde rectè *Ioſ.Lud.in d.concl.14.* par-
ticulã hujus quæſtionis: an nimirũ Principi aliquẽ rebel-
lem eſſe aſſerenti credatur: illativè, ſub axiomate, quod
Vnuſquiſque intentionem ſuam probare teneatur, trã-
ctavit.

RESPONSVM CX.

Quæſtio.

An homo & perſona idem ſignificent?

SVMMARIA.

1 Natura omnes æquales in hanc lucem edidit.
2 Homo à ICtis non conſideratur abſolutè, ſed relatione ad rẽ-
publ. ſive ſocietatem civilem.
3 Sexus in homine, quatenus à Iureconſulto conſideretur.
4 Vſus hujus diſſertationis primarius cum quæritur, homo vn-
de nominetur, indicatur.
5 Differentia inter alluſionem, & notationem Grammaticorum
remiſſivè (homo
6 Secundus vſus ad probandum, quod fæmina ICto propriè ſit
7 Fæminæ caput civile habent.
8 Cujacii Sententia mulierem propriè ICto hominem eſſe ne-
gantis refellitur.
9 Hominis appellatione, tàm fæmina, quã maſculus cõtinetur.
10 Formolæ, quibus ICti vel Impp. tum in rebus claris, tum in
interpretatione extenſiva, quam Bart. ſic vocat, vtuntur.
11 Explicatur l. 2, ſi quis 30. §. qui abortionis. de pœnis.
12 Fætus etiam in vtero ICtis eſt pro homine.
13 Inductio quædam Menochii taxatur, & contra eundem com-
munis opinio defenditur, diſtinguiturque inter fætum ani-
matum, & inanimatum.
14 Vterus aliquando non eſt homo, ſed fieri ſperatur.
15 Fæminæ etiam in ſtatutis pœnalibus generali appellatione
hominis veniunt: remiſſivè.
16 An infanticidium propriè ad leg. Cornel. pertineat.
17 Perſonæ appellatione etiam venit maſculus.
18 Genus Grammaticum, vocem tantum extrinſecus adficit: nõ
rem voce ſignificatam.
19 Quoties peculiaris ratio alterum ſexum non ſuadet excipi:
toties perſonæ appellatione, vterq; ſexus continetur.
20 Æqvivocatio vocis perſonæ, perſonã alicuius fungi, id eſt, re-
præſentare locum alicuius ſignificat.
21 Succeſſor regulariter eſt eius conditionis, cuius fuit auctor.
22 Emtor hereditatis fungitur perſonã heredis per ſimilitudinẽ.
23 ICti & Impp. in legibus, verbis ſimilitudinem exprimenti-
bus ſæpius vtuntur.
24 Emtor heredis deficit in qualitate veri heredis.
25 Heredis ſucceſſio eſt iuris vniverſi, atque per ſe individui.
26 Ius hereditatis acceptatum, facto hominis non extinguitur.

27 Emtor hereditatis, propriè non eſt ſucceſſor univerſalis, ſed ſingularis.
28 Emtor hereditatis certis caſibus uti petitione hereditatis tenatur.
29 Petitio hereditatis non datur contra titulo poſſidenti & cur?
30 Baldi quædam theorica rejecta, & cõmunis opinio defenſa.
31 Differentia inter emtorem hereditatis, & rerum ſingularum conſtituitur.
32 Cautela pro emtoribus rerum hereditariarum.
33 Ratio cautelæ ſubjicitur.
34 Quæſtio examinatur: an in emtorem hereditatis tranſeat ius patronatus.
35 Affirmativa quæ rationibus & autoritatibus nitatur?
36 Negativam veriorem eſſe. defenditur.
37 Hereditate venditâ, omnia ea veniunt, quæ quocunque titulo & iure ad heredem ſpectant.
38 Ad illationem, quam Covarruvias pro affirmativa defendenda facit, reſpondetur.
39 Deciſio: & ubi de huius quæſtionis ſede & materiâ tractetur; remiſſivè.
40 Quæſtio proponitur: An in emtorem hereditatis tranſeat ius accreſcendi, quod itidem negatur.
41 Rationes ejuſdem annectuntur.
42 Contrariæ ſententiæ autores, & fundamenta refelluntur.
43 Patris & filii Perſona, quomodo ſit una; quod in matre & filio ſecus eſt.
44 Pater filio in poteſtate conſtituto, regulariter paciſci poteſt, ut filio.
45 Quomodo in dubio pater filio in poteſtate conſtituto paciſci cenſeatur: remiſſivè.
46 Examinatur quæſtio: An pater filio emancipato, ut filio paciſci poſſit?
47 Autores, qui negativam defendunt: eorumque fundamentum primum.
48 Negativæ opinionis fundamentum ſecundum, tertium, quartum & quintum.
49 Contraria opinio, affirmativa nimirum, communis eſt, & pro hodiernis moribus æquior.
50 Intellectus & ratio l. ut iuſiurandi §. ſi liberi & ſeq. de oper. libert.
51 Communis opinio probata ex leg. pater. 7. C. de pact. cõvent.
52 Antonii Fabri divinatoria ſolutio ad illam legem notata.
53 Donelli ſubtilis conſideratio ad d. leg. infringitur.
54 Secunda confirmatio communis ſententiæ ex l. Gaius 45. ſolut. matrim.
55 Affectio perſonarum ex iure naturæ deſcendens facit, ut deficiente directa actione, adhuc utilis datur ex æquitate.
56 Tertium fundamentum, communis opinionis ex l. quodcunque 45. §. ſi quis ita de Verbor. Obligat.
57 Alciati & Ant. Fabri reſponſio divinatoria ad illam legem.
58 Diſſolutio inſtantiæ dictæ legis, quæ ſentẽtia in praxi verior & receptior.
59 Donelli ad eandem reſponſio ex generalitate textus antecedentis impugnata.
60 Indefinita æquipollet univerſali in ll. & teſtamentis, ubi de favore agitur: non in probationibus & contractibus, ubi de obligando agitur. Item valet, ſi eadem ſit indefinitæ ratio, non ſi repugnet: qualitatem præſentem non futuram reſpicit.
61 Textus generaliter, & indiſtinctè loquens, generaliter eſt intelligendus.
62 Quartum fundamentum communis opinionis ex l. Publia. 26. in princip. depoſiti.
63 His verbis, ſi quid humanitus mihi contigerit: mors ſignificatur.
64 Negativæ opinionis fundamenta diſſolvuntur.
65 Ius & æquitas quandoque opponuntur.
66 Prætor adiuvat, ſupplet, vel corrigit ius civile, propter utilitatem publicam.
67 Cujacii ſolutio ad l. ſi genero. 26. Cod. de iur. dot.
68 Regula illa, quâ dicitur: Neminem alteri paciſci poſſe limitatur publicæ utilitatis cauſsâ, ex æquitate, quoad effectum dandæ actionis utilis.
69 Cur ex pacto filiæ, matri actio non quæratur.
70 Amor nunquam reſpicit retro; ejuſque rei ratio additur ex Ariſtot. lib. 8. Phyſic.
71 Parentes cum liberis ſuccedunt, turbari ordo mortalitatis dicitur.
72 Intellectus l. 4. C. de pact. convent.
73 Forma actus præciſè ſervanda, ne actus evadat nullus.
74 Tota huius quæſtionis diſputatio breviter repetitur.
75 Accommodatio huius controverſiæ, ad uſum hodiernum.
76 Emancipationis hodiè quæ forma, & quis uſus.
77 Peculiare ſtatutum Civitatis Francofurtenſis ad Mœnum, de emancipatione.
78 Et quæ obſervantia apud Hiſpanos, & in Tholoſano ducatu.
79 Effectus mutationis, quæ hodiè circa emancipationem obſervatur.
80 Surrogatum ſapere vicem eius, cui ſurrogatur: & quomodo id intelligendum, remiſſivè.
81 Perſonæ vox in iure nonnunquam emphaſin habet, ad dignitatem exprimendam.
82 Intellectus l. liberto. 9. de obſeq. parent. & patron. præſtand.
83 Pietas erga parentes iuris naturæ.
84 An parentes hoſtes Reipubl. iure à filiis occidi poſſint?
85 Exbannio alicuius civitatis non ſunt hoſtes.
86 Exbanniti, Imperii hoſtes ſunt per fictionem.
87 In bello civili, an liceat filio occidere patrem.
88 Hamburgenſes à Regina Angliæ, pro hoſtibus habiti, & naves ipſorum captæ ſunt, quòd commeatum in ditiones regis Hiſpaniarum intuliſſent.
89 Patrem etiam perduellem, extra caſum extremæ neceſſitatis occidere non licet.
90 Lex inferior cedit ſuperiori.
91 Caſus leg. minimè. de relig. explicatio; eiuſq; ratio. & infra in fin.
92 Verba cum effectu intelligenda.
93 An liceat filio accuſare patrem.
94 Nulla famoſa actio, ne quidem in factum, filio contra patrē datur.
95 An contra patrem, vi invadentem res filii, locus ſit remedio l. ſi quis in tantum. C. unde vi.
96 An cauſſa exheredandi filii ceſſet, ſi ſeipſum defendendo patrem percuſſerit.
97 Pater pro filio optimum ſemper conſilium ſuſcipere præſumitur.
98 Libertum etiam vindictâ manumiſſum ob ingratitudinem redigi potuiſſe in ſervitutem contra Cujacium.
99 Ad locum quendam Cornelii Taciti reſpondetur.
100 Perſona pro ſchemate ſive habitu ſcenico interdum ſumitur.
101 Quid perſonæ, earumque roſtra ſignificent in l. fundi. 17. §. item conſtat. 9. de action. emt.
102 Poſtrema perſonæ ſignificatio ad Theologos, & iura ſacrorum chriſtianorum pertinet.
103 Magiſtratus chriſtianus divinitus conſtitutus, utriuſque tabulæ decalogi cuſtos eſt; ex qua ratione magiſtratus dii vocantur.
104 Imperatorum chriſtianorum ſtudium in convocandis Synodis.
105 Conſtitutio Iuſtiniani, in qua ſumma fidei chriſtianæ repetitur, emendatior edita à Leonclavio.
106 De religione publicè contendentes olim puniti.
107 Noſtrorum temporum pernicioſa licentia.

OMNIA, IN UNO.

CONtroverti video: An homo idem ſit, quod pſona? Idem eſſe probat *l. 2. de ſtat. homin.* quæ ſtatim ſubjicit: hominum cauſſâ jus eſſe conſtitutum. Primò igitur de perſonarum ſtatu tractari oportere. De pſonarum ſtatu, inquit, qui in ea rubrica eſt hominũ ſtatus. Ergo ſenſu tenus ęquè latè patent *tit. Inſtit.* de jure perſonarum: *& tit. ff. de ſtat. homin.* contra quē magni quidam viri exiſtimant. Scitum quidem eſt, Servum perſonam non eſſe, ut ex *Theophil. in pr. Inſtit. de ſtipulat. ſerv.* colligitur: quia nimirum, q̄ attinet ad jus civile, ſervi pro nullis habentur: licet † jure naturæ omnes æquales ſimus: *l. quod attinet. 32. l. cum ſervo. 107. l. intus. 175. l. ſervitutem. 209. l. ſervus reipubl. 211. de R. I.* Sed tamen vulgare genus loquendi, 1
quo etiam ſervum, perſonam appellamus, nimirum ſervilem, etiam à JCtis uſurpatur *l. in perſonam 22. eod. tit. ubi notant Petr. Fab. & Hippol. de collib. & ab Impp. qui in l. humilem. 7. C. de inceſt. & inutil. nupt.* ancillam, ſive ſervam vocant perſonam humilem & abjectam. Quin etiam † 2
homo à JCto nonquam conſideratur abſolutè, ſed ſemper eatenus, quatenus in ſocietate civili hunc vel illum reſpectum habet: qui reſpectus, ſive, quæ relatio perſona hominis dicitur. Perſona quippe qualitatem ſignificat, quâ alius ab alio differt: & quæ epitheto adjecto plerumque deſignatur: etſi & indefinitè perſonas pro hominibus nominat *Ammian. Marcellin. lib. 16. & 29. hiſtoriar.* & lites de liberis & ſervis ad controverſias perſonarum retuliſſe Romanos aſſerit *Carol. Sigon. lib. 1. de judiciis. cap. 3.* Eatenus igitur perſonæ ſignificatio cum

homine

hmine eadem eſt, quatenus hominem in ſocietate ci-
vili relate, vt decet JCtos, conſideramus: non quate-
nus in ſe & abſolutè homo à Phyſico, vel alio artifice p-
3 penditur. Atqui dices, etiam † JCto hanc eſſe conſide-
rationem neceſſariam, verbi gratiâ; cum homo à ſexu
diſtinguitur in marem & fœminam, vt apparet *ex l. in mul-
tis.9.de ſtat.hom.* Sed animadverti oportet etiam hoc ipſú
fieri propter aliud, nempe, vt oſtēdatur, in quibus actio-
nibus ad ſocietatē civilem pertinentibus, melior vel de-
terior ſit hujus vel illius ſexus cōditio: atq; ita hæc quo-
que conſideratio JCti eſt ex genere relatorū: *confer l. 2. de
R.I. ibiq; Dd. Frid. Pruckm. in explicat. ad d. l. in multis. Dionyſ.
Gothofr. in prax. civil ad tit. de ſtat homin. tit. de fœminis.* Quę-
4 res, quem † fructum habeat hæc de vocabulis hominis
& perſonę diſſertatio. Equidem & hunc Juris tyronibus
breviter oſtendam. Primo hinc lux infertur diſceptatio-
ni Grammaticorum, qui hominē ab humo dici tradunt,
& quos nō immeritò exagitat *M. Fabius lib. 1. Inſtit. Orator.
c.6.* quaſi verò, inquit, non omnibus animalibus eadem
origo: aut illi primi mortales ante nomen impoſuerint
terræ, q̃ ſibi. Eſt igitur illa quidē ad veram hominis ori-
ginem pia alluſio, quæ cum hebræa notatione, & cum re
ipſa pulcrè convenit ſed ſi vocabulorum annotationem
ſpectemus, probabilius eſt, homines in latinâ linguâ di-
ctos à græca voce ὁμοῦ ſimul: vt *Iul. Cæſar. Scalig. in libris de
cauſis linguæ latinæ* tradit: quod numirum is proprius ho-
minis finis ſit in civili ſocietate piè colere Deum. Atqui
hanc originem prætetea etiam, vt opinor, hoc adjuvat,
q olim accentus in obliquis caſib. vocis Homo herebat
in penultimis ſyllabis, non vt hodiè in antepenultimis,
quod de Ennij fragmento quodam docemur.

Vulturis in ſylvis miſerum mandebat homonem.

5 Inter alluſionem † autem, quales pleræq; ſunt JCt. no-
ſtrorum, qui in hoc genere libenter ſequebantur Stoi-
cam diſciplinam, alluſionum admodum fertilem, & in-
ter veram Etymologiam multum intereſt: vt ex noſtris
animadvertit *Æmil. Ferret. ad rubric ff de Verb. Oblig. n.3.*

6 Secundum diſſertationis † noſtræ conſectarium eſt:
ſi fæminæ perſonæ in jure noſtro appellantur: vt *in d. l.
humilem.7. C. de inceſt. nupt. l. 2. C. de ſecund. nupt. arg tit. C. de
tut. vel. cur. illuſtr. perſon. & alibi ſæpe.* Perſona autem nihil a-
liud eſt, quàm homo; juxta qualitates et extrinſecus ac-
cedentes à JCto conſideratus, vt negari non poteſt.
7 Item † ſi fæminæ caput civile habent, id eſt, ſtatum li-
bertatis, civitatis, familiæ, quod negari non poteſt. Vti-
que, cum oſtenderimus, perſonam eſſe hominem, in
ſocietate, civili conſideratum, inde neceſſariò ſeque-
tur, fæminas etiam JCto propriè homines eſſe: *l. homi-
nes. 152. de Verb Signif. l. 1. §. 1. de hom. libero.* Immò, am-
plius quandoque & virtutis heroicæ & ſceptri capaces
aſſerere non dubitamus; ſiquidem lex aut mos patrius
non repugnet, vt in Gallia lege Salica fæminæ à ſucceſ-
ſione arceantur. *Vide Plat. 5. de Republ. Ariſt. 1. polit. c. 3. Corn.
Tacit. in annalib lib. 4. & 6. Item in lib. ſing. de morib. Germa-
norum. Franc. Picol. in Philoſ. moral. grad. 6. cap. 10. Iuſt. Lipſ.
lib. 2. pol. 3.* etſi per hoc omnia jura, tam divina, quàm hu-
mana labefactari putat *Bodin. in meth. hiſtor. c. 6. & lib. 6. de
republ. c. 5.* quod idem ſentire videtur *Stephan. Forcatul. in
necyomant. dial. 2. num. 5.* Illud extra dubium eſt, mu-
lierem honeſtam egregiæ perſonæ æquiparari, tum de
jure communi: *l. 1. C. de advocat. diverſ. judic.* tum ſtatu-
tis ſingularibus locorum: vt de ſtatuto Ferrarienſi in ſpe-
cie docet *Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. cent. 1. cent. 1. caſ.*
8 70. *num. 12. & 13.* Nullo modo † igitur probari poteſt
aſſertio *Iacobi Cujacij lib. 6. obſerv. cap. 21. qui fœminam ICto
hominem eſſe negat, & ad. d. l. 152. de Verb. Signific.* reſpondet
ex ejoſdem inſcriptione, (eſt autem ex *Gay lib. 10. ad leg.
Iuliam & Papiam*) quod ibi hominis ſignificatio inter-
pretatione JCtorum augeatur.

Atqui vtitur *d. l. 152.* ſimpliciter verbo aſſerendi; ho-
9 minis † appellatione tam fæminam, quàm maſculum
contineri nō dubitatur. qua voce & ſimilibus non vtun-
tur † JCti in interpretatione extenſiva, quam *Bartol.* vo- 10
cat: ſed in rebus omnino claris & controvertendi anſam
nullam recipientibus: cujus rei manifeſtiſſima ſunt
exempla *in l. 1. C. de liber. præterit. vel exhered.* Cum poſt
omnes heredum gradus exheredatio ſcribitur, ſi adjiciat
teſtator ab omnibus ſe gradibus exheredare, non dubi-
tatur juri ſatisfactum eſſe. Sic *in l. generaliter 5. §. illud
etiam. 2. C. de ſecund. nupt.* dicitur, dubium non eſſe, quod
viduæ ad ſecunda vota non tranſeuntes, vt dominæ re-
rum ſuarum, eas alienare poſſint, adde ſimilia *ex l. 2. C.
de aliment. pupill. præſtand. l. 6. C. de adminiſtrat. tut. l. poſthu-
mo. 11. C. de collation. l. non eſt dubium. 5. C. de ll. l. 2. C. de
vſucap. pro donat. l. 2. C. de Serv. reipubl. manumitt. l. 2. C. de
conduct. leg. Clar. §. fin. quæſt. 68. verſ. abortum procurant. 2.
Franc. Vivius lib. 1. com. opin. verb. aſſaſini. n. 2. Eman. Soarez. in
theſ. recept. ſent. lit. A. n. 1. & alibi paſſim.* In interpretatione
autem extenſivâ aliis vocabulis vſos videmus Impp. &
JCtos, vt benignè extendere definitionem Juris: *l. quidā
1. §. quæ Iuris. C. de neceſſariis ſerv. hered. inſtitut.* benignè in-
terpretari, producere; & quæ ſunt ejus generis alia.

Nec quidquam † pro paradoxo Cujaciano facit alla- 11
ta ab ipſo *l. ſi quis. 30. §. qui abortionis. ff. de pœnis.* vbi mulier
& homo non opponuntur adversè, ſed ita, vt illa diſtin-
ctio ad verba, q̃ præceſſerant, de poculo abortionis, vel
amatorio, referenda intelligatur. Illud datur ad conce-
ptum abigendum: ergo fæminę tantum: hoc ad amorem
artibus illicitis per philtra conciliandum: ergo tam fæ-
minæ, quàm viri. Illo igitur mulier tantū petire poteſt:
hoc perit tam mulier, quam vir, hoc eſt, homo, qui eſt in
vtero: incertum quidē an maſculus, vel fæmella, donec
edatur in lucem. At homo † tamen fictione quadā & ju- 12
ris intellectu: quia de cōmodo ejus, nempe, de conſerva-
tione & evitando abortus periculo agitur: etſi non igno-
rem, q aliàs JCti noſtri quoad naturæ veritatem ſequā-
tur ſententiam Stoicorum, quibus fætus in vtero con-
tentus homo nondum eſt: contra Peripateticos. *Ariſtot.
lib. 2. de generat. animal. c. 1. & alios quos medici ſequuntur. Vid.
Plutarch. lib. 5. de placitis Philoſophorum. c. 21. Diog. Laert. in vita
Zenon. Cenſorin de die natali. c. 6. Galen. in libr. vtrum concept. in
vter. ſit animatus.* Et hanc ſententiam eruditè confirmat &
explicat *Ioan. Gödd. ad l. 1 de Verb. Signif. n. 28. & ſeq.* quā pre-
terea planiſſimè cōfirmari video autoritate Græcorum,
quos eodem ſenſu *d. l. 38. §. qui abortionis* accepiſſe con-
ſtat ex paratitlis antiquis Græcis, quæ vir nobiliſſ. & eru-
ditiſſ. Joan. Leonclajus nobis latina dedit *lib. 2. tit. 4.* vbi
nominatim hæc controverſia tota ita in paratitlon ſive
ſummarium redigitur. Qui poculū dederit amatorium
vel abortionis, licet abſq; dolo, ſiquidem vilis eſt condi-
tionis in metallum damnatur: ſin honorato loco natus,
parte bonorū publicata, relegatur: Vltimum verò ſup-
plicium infertur, SI QVIS, ex eo mortuus fuerit. Hæc il-
le ex Græcis. Eundem † etiam textum *d. l. ſi quis. §. qui ab-* 13
ortionis perperam inducit *Iacob. Menoch. in arbitr. judic. quæſt.
caſ. 357. lib. 2.* vbi malè contra receptam Dd. opinionē illi,
qui cauſſam abortioni dedit, generaliter extraordinariā
pęnam indicendā contendit: in quo tamen pietati & ho-
neſtati, atq; etiam legum noſtrarū ſanctitati convenien-
tiſſimā, eſt diſtinctio communiter approbata & vſu re-
cepta, vt diſtinguatur inter fœtum animatū & inanima-
tum. *Confer l. divus. de extraordin. crimin. l. penult. C. ad leg. Cor-
nel. de ſicar. l. ſi mulierē. eod. l. Cic. de pæn. c. aliquand. §. fin c. c. ſeqq.
32. q. 2. c. ſicut de homicid. Covar. in clement. 1. de homicid. §. 2. §. 3.
n. 1. Petr. Placa. lib. 1. epit delictor. c. 26. n. 8. Cacher deciſ. 60. n 5.
Clar. §. fin q. 68. verſ. abort. procur. 2. ſupr. Generalem verò ſuā de
pœnā extraordinariā opinionē probare vult Menoch. d. caſ. 357 n 8.*
hac ratione, q fætus etiā animatus, tamen homo nondū
dicatur, ad q vtitur *d. l. noſtra*, & illa verba: Mulier aut
homo, ſic accipit, quaſi in illis JCt. innueret fætū ab ho-
mine differre. Propriè loquendo fœtus JCtis, qui hac in
parte Stoicos ſequuntur, homo non eſt. eamq; ſermonis

proprietatem *d.l.* ſervat. Sed extenſione benignâ, ſive fi-
ctione Juris, toties fætus homo eſt, quoties de cõmodo
ejus agit: vt ꝓinde hoc argumentũ ad labefactandã ſen-
tentiã, communiter receptã nimis ſit infirmum. Idemq;
14 dicendũ *ad d.l.cũ inter.C.de fideicommiſſ.libert.* vbi † dicitur,
vterũ hominem non eſſe: ſed heri ſperare: nõ eſſe ſcilicet
ꝓpriè: quia ibidẽ agebatur de ſuſpenſione fideicõmiſſi,
q̃ in vtilitatẽ cedit ejus, qui in vtero eſt, *l.qui in vtero. 7. &
l.21.de ll.* Quid? ꝙ hoc ipſum, ſi cõmuniter recepta diſtin-
ctio ſervetur, in cõmodum fætus cedit. Nã, vt Poëta ait:
Oderunt peccare mali, formidine pænæ. Et verendũ cer-
tè eſſet, vt tanto ſæpius inſidiæ embryonibus per pocula
abortionis ſtruerentur, ſi in judicando ita indefinitè, vt
vult Menoch. pæna extraordinaria imponeretur. Quid?
ꝙ jus divinũ pænam mortis ei irrogat, qui abortionẽ, ex
qua mors ſequatur, vel mulieris vel fætus procurat? *Vid.
exod. c.21.verſ.22.& ſeq.ibiq; Tremell.in notis n.27.* Et in Imp.
Romano-Germanico communis illa Dd. ſententia, qua
diſtinguitur, an fætus animatus fuerit nec ne, Conſtitu-
tione Carolina publicorũ judiciorum expreſsè confir-
matur. *Vid.* die peinliche Halßgerichts Ordnung *artic.133.
ibiq; Georg.Remum in paraphraſi Nic.Vig.in methodo Conſtit.Ca-*
15 *rol.c.7.reg.5.* Quia igitur indubitatũ eſt † fæminas etiam
JCto ꝓpriè homines eſſe; ideo non mirũ etiam in ſtatu-
tis pænalibus appellatione hominis, vel illa locutione, SI
QVIS, fæminã cõprehendi: de quo videatur plenius *Göd.
in d.l.1.* & quædã huc pertinentia retulimus *in ſelect.diſput.
1.theſ.1.lit.c.* Nec obſtat, ꝙ *Cujac d.obſ.21.lib.6 etiam in l.cor-
nelia ait ſignificationem hominis augeri, vt feminã quoq; demon-
ſtret:* quia illo augmento, ſive extenſione opus nõ eſſe, ex
eo intelligitur, dũ generatim *in d.l.1.de Verb. Signif. dicitur:*
2 *hac voce:* SI QVIS, tã maſcolos, quàm fæminas comprehẽ-
di: maximè, vbi ratio legis eadẽ eſt in fęmina & maſculo:
vt in l. Cornelia, quæ hominem dolo malo occidi vetat.

16 Nec † movet, ꝙ Gręci homicidiũ *ἀνδροκτασίαν* vocant,
ἀπὸ τῦ ἀνδρὸς, à viro: quod vt maximè de infante *καταχρη-
στικῶς* ab Euſtathio dictũ exponat Cujac. puto tamẽ ma-
gis perſpicuè per Synecdochen illã locutionẽ explicari.
Vir homo eſt *κατ' ἐξοχὴν,* ꝑ excellentiam quandã: fęmi-
na non ita excellens homo: Infans ꝑ ætatẽ nondum po-
tentias à naturâ inſitas plenè exercet. At homo tamẽ eſt:
& fęmina & infans. Plus enim & minus cõtra diſtinctas
ſpecies non efficit, nec ſpecificã differentiam tribuit; ſed
ſubjectũ tantũ quantitate vel qualitate diſtinguit. *l.ii cui.
quemad.ſerv.amit.l.fin.de fund.inſtruct. legat. Göd.ad d.l.1.n.30.*
nõ minus igitur intrepidè concludendũ, eũ, qui infantã
occiderit, hominẽ propriè etiã JCto ſic dictum occidiſ-
ſe, atq; ita infanticidiũ propriè ad l. Corneliã pertinere,
ejuſq; mente contineri; ne ſalvis verbis legis ſententia
ejus circumveniatur: *l.contra 29.& l.ſeq. de leg.*

17 Tertiò † principaliter ex ſuperiori diſſertatione con-
ſequitur: quia perſona nihil eſt aliud, quàm homo relatè,
ad qualitates ſuas conſideratas, ideò rectè à Dd. tradi, ꝙ
appellatione perſonæ maſculus contineatur: vt in ſpecie
docuerunt *Bald. in l. quicunq; C.de ſervit.fugit.& in l.omnes po-
puli.9.de juſt.& jur. Andr.Barbat.in c. dilecti de foro compet.* Cu-
jus doctrinæ vſus eſſe poteſt in teſtamentis, vt ſi quis in-
ſtituat perſonam, quę poſt mortẽ reperietur ꝓximè con-
juncta: hîc ſi maſculus agnatus ſit gradu forte ꝓpior, q̃
fæmina adgnatione teſtatorem attingens, maſculus ille
18 fæminam excludet omnino: † nec obſtabit, ſi dicatur
perſonam eſſe generis fæmini. Id enim verum eſt, de ge-
nere Grammatico, ꝙ refertur inter adſignificata, hoc eſt,
ea quæ vocabulum quidem afficiunt, nõ autem rem vo-
cabulo ſignificatam: Secus eſt de genere per JCtum in-
tellecto. Is enim perſonam in vtroq; ſexu accipit, cui cõ-
19 veniat deſcriptio ſupra poſita. Item, † vſus eſt hujus con-
ſiderationis in interpretatione legum, privilegiorum,
ſtatutorũ, vbi toties, quoties peculiaris ratio ſexum di-
ſtinguens reddi non poteſt, perſonæ vocabulo vtrumq;
ſexũ intelligimus. *Vt in d.conſtit. Carolin.artic.175.* & alibi,
vbi, ꝓ perſonæ qualitate & circumſtantiâ pæna mitigari
jubetur. Sic privilegiũ jure ſingulari miſerabilibus per-
ſonis conceſſum, vt in ſuo tantũ foro conveniantur, ac-
cipiamus *l.vnic.C quand.Imper.inter pupil.l.49. C. de epiſc.&
cleric.* & arbitriũ judicis, q̃ perſona miſerabilis ſit: *Menoch.
lib.2.de arbitr.judic.q.cent.1.caſ.66.* ad vtrumq; ſexum por-
rigemus. Sic ſtatuta, quę paſſim in civitatibus Imperij, &
aliis ſunt de nõ ferendis ꝑſonis ſequioris vitæ, von leicht-
fertigen Perſonen; non tantũ de iis mulierculis intelligi-
mus, quæ quæſtũ corpore faciunt, ſed etiam de maribus
vagabundis: qui honeſto aliquo vitæ genere victũ non
quærunt: ſed in popinis & paſſim luſu chartulario, im-
poſturis, & malis artibus incautiores decipiunt. Sed ad
æquivocationẽ † vocis perſonę redeamus: q̃ quia homi- 20
nis qualitatẽ relatè ſignificat, inde tritum latinis, loquẽ-
di genus originẽ traxit, qua perſonam ſuſtinere, perſonâ
fungi, &c. quis dicitur, prout hęc vel illa qualitas ei attri-
buitur: quod ipſum loquendi genus, ne quidem in jure
noſtro eſt incognitũ. Sic enim Imp. *Alexander Severus in l.
emtor.5.C de hered.vel act.vend.Oneſimo reſcribit:* Emtor here-
ditatis actionibus mandatis eo jure vti debet, quo is, cu-
jus perſonâ fungitur: quamvis vtiles etiam, adverſus de-
bitores hereditarios, actiones emtori tribui placuit: ꝙ
idem intelligitur etiam ex *l.2.eod.l.20.de acquir. rer. domin.
l.2.in fin.pro emtor.l.invitus.156.§.plerumq; 3. de R.I.l.26. C.de
evict.* quæ oſtendunt, hereditate venditâ, eam cum omni-
bus commodis & damnis tranſire in emtorẽ: & emtoris
plerumq; eandẽ cauſſam eſſe, circa petendum ac defen-
dendũ, quæ fuit auctoris. Ratio non eſt alia, quàm quæ
in d.l.5. attingitur, quia emtor hereditatis fungitur perſo-
nâ hoc eſt, repręſentat heredem, à quo emit. Cujus rei
vſus latiſſimè patet: nam per totum jus civile videmus
† ſucceſſores neq; deterioris, neq; melioris conditionis 21
eſſe, quã erant ſui auctores. Rationis ratio eſt: *in l nemo.
120. de R.I.* ꝙ nemo plus juris in alium transferre poſſit,
quàm ipſe habeat. Sed inquies. Si emtor hereditatis per-
ſonâ heredis, vendentis hereditatẽ, fungitur, cur *in d.l.in-
vitus.§.3.* dicitur: plerumq; emtoris eandẽ eſſe cauſſam, q̃
fuit auctoris? Reſpondeo ex argumento *l.4.5.6. de ll. &
l.omnis definitio.l.in toto.de R.I.* eam regulam perpetuam nõ
eſſe: ſed accidere interdũ, vt propter evidentes rationes
ſingularitatis locus ſit exceptioni, quã vox (plerumque)
denotat, vt in l. *cum principalis.178.de R.I.ibiq; notat. Hippol.à
à collib.* Ita fit, vt interdum ſucceſſor ſit melioris cõditio-
nis, quã autor, cujus perſonâ fungitur, vt in pænalibus:
interdũ deterioris, vt in perſonalibus. Item reſponderi
poteſt, & fortè commodius ad jura ſupra adducta, non
mirũ debere videri, quod etiam in terminis noſtri caſus,
qui eſt *in d.l.5.C.de hered.vel act.vendit.* Interdũ † non tranſ- 22
eant in emtorẽ hereditatis ea, quę habiturus erat, ſi ipſe-
met heres fuiſſet: quia nimirum perſonâ heredis fungi-
tur *d.l.5.* vel vt alibi Vlpian. emtor hereditatis vicem he-
redis obtinet. Ergo verè heres non eſt. Perſonâ enim
fungi, vicẽ obtinere, repræſentari, & ejus generis alia, ſi-
militudinẽ potius, quàm rei veritatem exprimunt. Er-
go ne inquies emtor hereditatis revera ſucceſſor vni-
verſalis non eſt? Scio quidẽ ita appellari à *Bald. Salic. &
aliis in l.1.C.de her.vel action.vendit.* Sed contendo, jura, quæ
pro hac ſententia adducunt *κατ' ὁμοίωσιν,* quam Philoſo-
phi vocant, nos repræſentationẽ, ſive ſimilitudinẽ acci-
pienda eſſe: tum † quia JCti & Impp. vt videmus, verbis 23
ſimilitudinem exprimentibus vtuntur: tum, quod nota-
tu dignum, quia actiones hereditarias, (putà, quibus he-
res tenetur legatariis, fideicõmiſſariis, &c.) invitus exci-
pere cogi non poteſt *l. 2. C. de heredit. vendit.* quod tamen
alias & prætorij heredes facere coguntur *l.26.C. de pactis.
l.ea.6.C.famil.erciſc.* atq; † ita deficiente intrinſeca quali- 24
tate veri heredis ſive ſucceſſoris etiam nomen deficit. In
tantũ autem verum eſt, quod diximus, vt etiamſi ea lege
hereditatem emerit, ut ſcilicet creditoribus hereditarijs
ſatisfaceret, tamen adhuc invitus non poſſit cogi ad ex-
cipien-

cipiendas actiones hereditarias: cujus rei ratio ea eſt:
quia heres ipſe ſive venditor, jam ante adeundo cum
creditoribus hereditarijs, legatarijs & alijs, quaſi con-
traxiſſe intelligitur: *l. apud Iulianum. ex quibus cauſ. in poſſ.
eat. §. heres quoq;. Inſtit. de oblig. ex quaſ. contr.* ex hac igitur
obligatione jure contracta non liberatur heres ſolo fa-
cto vendendi; ſed requiritur conſenſus, cum credito-
rum, tum emtoris. Eſt etiam alia adhuc ratio, cur non
poſſit eſſe verus & proprius ſucceſſor vniverſalis: quia
25 heredis † ſucceſſio eſt juris, & quidem vniverſi, atq; per
ſe individui. *l. nihil aliud de Verb. Signif. l. hereditas. de R. I.* At-
26 qui † qui ſemel factus eſt heres, is non poteſt facto ho-
minis, multo minus ſuo proprio deſinere eſſe heres. *l. ei
qui. in fin. l. 3. §. qui fideicommiſſ. verſ. non vt deſinat ibiq; gloſ. &
Dd. de hered. inſtit l. aut prætor. 7. §. ſed quod de minorib. l. ſicut ma-
jor. C. de repud. vel abſtin. hered.* Venditâ in abſtracto igitur
hereditate, jura omnia activa & paſſiva revera manent
apud heredem ſive venditorē: quod non mirū, cum heredi-
tas etiam ſine vllo corpore juris intellectum habeat. *l. 50.
de petit. hereditat.* In emtorē ſolummodò res in hereditate
contentæ tranſeunt, in concreto ſcilicet: & hoc reſpectu
dicitur habere vicem heredis, fungi perſonâ heredis, quod
perceptionem & emolumentum rerum illarum vendē-
do in eum heres tranſtulerit. Quo inſpectu, dicendum
fuerit: Emtorem hereditatis, etſi per ſimilitudinem ab
effectu deſumtam dicatur perſona heredis fungi, tamen,
27 ſi propriè † id totum & accuratius cōſideretur, eſſe ſuc-
ceſſorem non vniverſalem, ſed ſingularem. *Vid. eleganter
Valent. Forſt. lib. 1. de ſucceſſ. ab inteſtat. c. 42. per tot.* Atq; inde
deducimus, quoties in legibus vel ſtatutis dicitur, aliquē
perſonâ alicujus fungi, toties interpretationem fieri de-
bere per ſimilitudinem: &, cum ſimilia vulgò dicantur
claudicare, & nullū ſimile omninò ſit idē cum illo, cum
quo cōparatur: hinc fit, vt facilè aliqua ratione ſimilitu-
dinis in contrariū acta, etiā ipſa ſimilitudo ceſſet. Sic filij
in poteſtate conſtituti, & parentis vna perſona dicitur.
28 Repræſentatio † tamē ſive ſimilitudo, juxta quam dixi-
mus emtorem hereditatis ſuſtinere perſonam heredis,
inter alios effectus etiam hunc habet, vt talis emtor he-
reditatis, quibuſdam caſibus petitione hereditatis rectè
conveniatur: non quidē directa, quâ venditorem teneri
conſtat, ſed vtili, in ſubſidiū, ſi nimirum venditor, quem
diximus, nihilominus heredem manere nō extat, ſi mo-
dico vendiderit, vt eſt *in l. etiam. 14. (alius eſt l. nec vllam. 13.)
§. quid ſi quis. de petit. heredit.* Cujus rei æquitas eſt manife-
ſta: cum enim ipſi emtori vtiles actiones cōpetant, etiāſi
nulla ceſſio ei facta ſit, per venditorem, æquū erat, vt &
ipſe vtili ſaltem hereditatis petitione aliquando tenere-
tur. Vtiles actiones ad ſimilitudinem directarum inter-
pretatione extenſivâ dantur. Emtor hereditatis ſimilis
eſt heredi ſive ſucceſſori vniverſali, ſive fungitur perſo-
nâ heredis. Tenetur igitur ſimiliter non directa, quod
vtiq; fieret, ſi verè ſucceſſor vniverſalis eſſet, ſed vtili he-
reditatis petitione. Cur autē non teneatur talis emtor ne
vtili quidem judicio vniverſali, cum venditor ſive heres
extat, item eum de modicitate precij conqueri jure ne-
29 quit, & jam alia cauſſa ſubeſt: quia † nimirum heredita-
tis petitio non datur contra titulo poſſidentem regulari-
ter. *d. tit. de petit. heredit.* talis autem emtor habet optimum
titulum, ipſam ſcilicet cauſſam emtionis, jure approba-
tam. *tot. tit. ff. & C. de vendit. heredit.* Rationis ratio, cur
nempe hereditatis petitio ne vtilis quidem regulariter
detur contra titulo poſſidentem, hæc eſt: quia agens he-
reditatis petitione allegat ſuum titulum: atqui poſſeſſor
conventus, ſi & ipſe juſto titulo nitatur, petitionem il-
lam excludit: cum in pari cauſsâ melior cauſſa ſit poſſi-
dentis *argt. l. pro herede. de petit. heredit. ibiq; Dd. Vid. quos ad
hoc allegavit Tr. in ſelect. diſput. part. 1. diſp. 14. theſ. 16. lit. b.*
30 *quibus adde Covarruv. in pract. quæſt. cap. 12. num. 2.* Ex † hac
igitur perſpicuâ deductione fundamentorum apparet
erroneam eſſe theoricam *Baldi in l. vltim. C. de edict. D.
Adr. toll. oppoſ. 9.* qui tradit, petitionem hereditatis dari
contra poſſidentem titulo, ſi modò titulum acquiſivit
poſt mortem teſtatoris defuncti. Cum autem hereditas
emi vel vendi non poſſit, niſi poſt mortem ejus, cujus
hereditas eſt: idem in effectu dicit Bald. ac ſi diceret,
emtorem hereditatis ſemper teneri petitione heredita-
tis: quod eſt falſiſſimum: *vt conſtat ex d. l. etiam. §. quid ſi
quis. & argumento eorum, quæ modò diximus.* Nec movere
nos debet, *quod in d. l. vltim.* contra titulo poſſidentem
datur interdictum ſive actio poſſeſſoria. Vt enim pro-
prietas & poſſeſſio nihil commune habent, ſed cauſſæ
ſunt diſtinctiſſimæ. *l. naturaliter. §. nihil commune de adquir.
vel omit. poſſeſſ.* ita & actiones, quibus vtrumq; petitur,
diſtinctas eſſe oportet. Atque ita à ſeparatis Baldi argu-
mento procedit etſi eandem ſententiam conati ſint de-
fendere *Curt. Iun. in d. l. vltim. Andr. Barbat. vol. 2. conſ. 65.
incipit: clementiſſimi.* Rectè igitur communiori Dd. calcu-
lo in contrarium itum, & illa Baldi atq; aſſeclarum the-
orica rejecta eſt: *Alexand. vol. 5. conſ. 73. & conſ. 184. &
conſ. 186. eod. lib. Angel. in §. ſed iſtæ. num. 13. Inſtit. de action. Iaſ.
in §. actionum. eod. tit. num. 218. Vide etiam Salic. Caſtrenſ. Iaſ.
in d. l. vltim.* etſi valdè ſe torquent in re non ita difficili:
quibus *adde Covar. d. loc.* vbi ex his rectè elicit † notabilem 31
differentiam inter eum, qui vniverſitatem rerum defun-
cti; & inter eum, qui rem ſingularem emit; nimirum, quod
hic non poſſit, niſi actione ſpeciali rei vindicationis con-
veniri: ille verò quia perſonâ heredis fungitur, interdū
etiam vtili judicio vniverſali teneatur. Ex qua differētia,
quæ eſt veriſſima, vt ex modò allatis evidenter conſtat, ego
amplius colligere ſoleo cautelam pro emtoribus, vt ſcili-
cet, ad † evitandū periculum intentandæ contra ipſos a- 32
ctionis vniverſalis illis caſibus, de quibus in *d. l.* etiam,
cum de precio convenerit, curent ſibi ſpecificari res illas
hereditarias, & precium ita partiantur, & ſigillatim ap-
plicent rebus ſingulis in illa vniverſitate contentis, vt tā-
dem circiter in vniverſo illa ſumma pecuniæ, de qua in-
ter ipſos convenit, reſultet: Sic enim præſumentur potius
res ſingulas, quàm vniverſitatem rerum emiſſe, atq; nul-
la alia actione, quā vendicatione ſpeciali, forte hujus vel
illius rei poterunt conveniri. Ratio † cautelæ eſt: quia 33
illa ſpecificatio rerum & partis precij ad ſingulas appli-
catio facit, vt tot emtiones intelligantur, quot res ſunt:
nec ſi quid amplius in rebus hereditariis reperiatur, quā
ſpecificatum ſit, emtori cedat, vt in ſimili tradit *Covar. d.
lib. pract. quæſt. c. 1. n. 3.* Sed hæc cautela nihil operabitur,
meo judicio, ſi, vt fieri interdum ſolet, adjiciatur genera-
lis clauſula de rebus hereditariis fortè adhuc reperien-
dis, quod & illæ ſoleant intelligi venditæ: ideo ad evitandū
periculum judicij vniverſalis præſtat eam omitti: nam &
alias precij quantitas conjecturam facit, an res compre-
hendatur in emtione vel non, vt poſt Dd. magno nume-
ro allegatos tradit Juriſperitiſſimus *Menoch lib. 3. præſumt.
præſumt. 73. nu. 1.* Item ex † ſupra dictis, quod emtor here- 34
ditatis res emiſſe intelligatur, quæ populari loquendi ra-
tione dicuntur hereditas, non autem jus vel nomen he-
redis, quod propriè manet apud heredem. Infero por-
rò ad intellectum quæſtionis practicabilis, & inter Dd.
multum controverſæ: an nimirum in emtorem heredi-
tatis tranſeat jus patronatus ſive poteſtas præſentandi
inſtituendum ad vacans beneficium, quod jus, ſive quā
poteſtatē noſtri ein Kirchlehen vocant? Et quidē cenſue-
runt aliqui tranſire etiā illud jus in emtorē. *Felin. in c. cauſ-
ſam de præſcript. Lud. Roman. in l. ſi patronus 137. ad SCt. Treb. Car-
dinal. in c. ex literis. de jur. patron. q. 11.* quā † ſententiā omni- 35
um ferè cōſenſu receptā ait, & tueri conatur *Covar. lib. 2.
var. reſolut. c. 18. n. 8.* adeò, vt parte etiā hereditatis vendi-
tâ tranſire jus patronatus ſcribat, pro rata videlicet; vt per
ſcribentes, quos allegat *ibid. in fin.* ratio affertur: quia Jus
patronatus ad extraneū heredem vniverſaliter inſtitutū
tranſit, filio qui forte in re certâ inſtitutus eſt nō attento.
Contrarium † tamen ſtatuunt alij: nimirum jus Patro- 36

natus in emtorem hereditatis non tranſire, quorum ſen-
tentia nititur fundamento ſatis bono *in l. quia perinde ad
SCt. Trebell. ibiq; Bart.* (*d. l. ſi patrons, ubi Alex. eam communem
vocat,*) quod jura ſepulcrorum non tranſeant in fideicō-
miſſarium, licet extraneis etiam heredibus competant?
quæ ratio ſanè eſt fortiſſima, nec infringitur per genera-
lem theoriam, quā ad hoc poſt *Cardin. adfert Covar. d. n. 8.*
37 quod nimirum † hereditate venditā omnia veniant, quę
quocunq; titulo & jure ad heredem ſpectāt. Aliud enim
verum eſt, de ijs rebus, quæ vendi poſſunt: atqui JusPatr.
ſi dato pretio comparare ſibi quis velit, talem contractū
irritum & inanem jus canonicum pronunciat. *c. quia cleri-
ci de jur. patron.* adeo ut talem emtorem de facto & ſine
proceſſu ſtipulari poſſe tradiderit *Abb. in d. c. facit. c. quo-
niam. de fil. presbyt. & not.* Quid quod in omni emtione ven-
ditor accepto pretio ad factum traditionis obligatur?
Atqui jus patronatus, nec vendi, nec tradi poteſt, per
38 modò dicta. Nec † convellitur hoc fundamentum illa-
tione Covarruviæ, qui eatenus tranſire jus Patronatus
in emtorem, quatenus rebus alijs hereditarijs accedit:
cujus dicti rationem quidem non aſſignat; ſed eſſe po-
teſt ea, quod Jus Patron. etſi vendi per ſe non poſſit, ta-
men cum univerſitate rerum temporalium transferri
poſſit *c. ex literis. ubi Abb. ante fin. c. cum ſecundum. eod. arg. l. 1. de
fund. dotal. l. in modicis. de contrah. emt. l. quadā. de acquir. rer. do-
min. Ioan. Paul. Lancellot. lib. 1. Inſtit. Iur. Canon. tit. de Iuſtit. &
jure patronat. §. donatione quoq; in fin. ibique notat.* Utcunque
enim conſideremus, ſemper tamen verum eſt, reſpectu
principij, materiæ & formæ contractus emtorem tales
res tenere pro pretio: & eo ipſo, quod emtor heredi-
tatis dicitur, intelligitur emtor earum rerum, quæ emi
39 vendi poſſint. Ergo † ex naturâ rei & contractus abſq;
ulteriori hæſitatione concludendum, Jus Patronatus
non tranſire, ſed remanere apud venditorem, qui &
heres manet intellectu juris & propriè loquendo: etſi
ratione effectuum certorum talis emtor univerſitatis
rerum hereditariarum vicem ſive perſonā heredis gerit,
ut ſupra eſt probatum. Atque ita expendenda ſunt ea,
quæ ſuper hoc articulo prolixè diſputat *Cæſar Lambertin.
tract. de jur. patr. lib. 1. part. 2. quæſt. 5. art. 15. num. 2. 4. & artic.
16. & artic. 35. & paſſim. adde Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1.
§. 37. gloſſ. 10. Guil. Benedict. in c. Raynutius. de teſtament. verb. ſi
abſque liberis. num. 24.* De *jure verò patron.* pleraque omnia
ſatis eruditè & methodicè digeſta videl. *apud Lancel-
lot. d. lib. 1. Inſtit. Iur. Canon. tit. de Inſtitut. & jure patronat. Dan.
Venator in analyſi Iuris Pontificij, ad tit. de jur. patronat.* Item,
40 quia, † de emtore hereditatis explicavimus, quatenus
perſonā heredis fungatur, poteſt hinc decidi diſputatio,
quam Jaſon ſubtilem, Forſterus copioſam, abſtruſio-
rem, & in contrarias partes ductam appellat: An in
emtorem hereditatis tranſeat jus accreſcendi? Quia
enim jus illud inheret heredi ſive ſucceſſori univerſali
verè & propriè dic dicto, emtor autem hereditatis emē-
do non fit heres, nec ſucceſſor juris, niſi per analogiam
& ſimilitudinem ratione quorundam effectuum, unde
prorſus concludendum, jus accreſcendi remanere penes
venditorem; qui etiam verè heres remanet, intellectu,
tametſi res hereditarias vendendo à ſe dimittat; atque
ita in ſpecie hanc quæſtionem notabiliter & rectiſſimè
decidit, *Valent. Forſter. d. lib. 1. de ſucceſſ. ab inteſtat. c. 42. in fin.*
quæ ſententia originaliter (*ut conſtat. ex Bartol. ad l. re con-
junctis. de legat. 3. num. 26.*) fuit Petri Bellaperticani, *in d. l. re
conjunctis*, quam tamen alijs fundamentis pleríque Dd.
defendūt & ſequuntur *Reyn. de Forlis in l. 1. §. interdum. de Vſ.
accre. Salic. in l. unic. C. quand. non pet. par. quæſt. 8. & alij magno
numero allegati à Forſt. d. l. & à Treut. in ſelect. diſputat. part. 1.
41 diſp. 28. theſ. ultim. lit. a.* Ex quorum † omnium varijs ra-
tionibus quas afferunt, hæ potiſſimæ videntur: quod
abſurdum eſſet, defunctum à vero herede, pro parte re-
præſentari, pro parte verò non: Quam rationem *Iaſ. in l. 2.
C. de pact. paulò ante fin.* concludendū eſſe putat. Item, quod
jus accreſcendi non plus tribuere poteſt, quàm teſtator
dare voluerit. Atqui teſtator hereditatem vel legatum a-
lij non tribuit quam cui dari voluit, vel ei, qui proprius
ad ejus perſonam accedit, id eſt, ſucceſſori directo uni-
verſi juris; quam rationem nervosè ad hoc ponderat *Cu-
jac. lib. 12. obſ. c. 13.* Idem ſub perſona *Anton. Mercatoris lib. 3.
notat. ad animadverſ. Roberti. cap. 13.* Qui † verò in emtorem 42
Jus accreſcendi tranſire dictitant, ex quibus eſt *Bartol. in
d. l. re conjunctis. n. 26. & in fin. itemque ex recentioribus Duaren.
lib. 2. de jur. accreſc. c. Robertus Aurelius lib. 3. animadverſ. c. 13. &
in notatis ad Mercat. lib. 3. c. 13.* ij nituntur potiſſimum fun-
damento *l. ſi totam. de acquir. heredit.* quod jus accreſcendi
reſpiciat rem, non autem perſonam. Re igitur venditio-
ne in emtorem translatâ, jus etiam illud tranſire; *item te-
xtu l. ſi Titio. de uſufr. ubi dicitur: fundi portionem velut alluvionem
portioni adcreſcere.* Sed rectè reſpondet *Cujac.* primò quidē
ad l. ſi Titio: comparationem alluvionis non omni ex par-
te reſpondere, &, quod dicitur, portionem portioni tan-
tum adcreſcere, hoc eo tantum pertinere, ut intelliga-
mus illi portionem alteram adcreſcere, qui rem, ſive
portionem ſuam adhuc habet: ut qui vendidit heredita-
tem, aut legatum, is adhuc poſſidere videtur. *l. 4. §. ultim. ſi
quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* eodē ſcilicet intellectu juris, quo fit,
ut hereditas etiam abſcēdentibus corporibus heredita-
rijs maneat. Ergo ex his ipſis textibus pro communi opi-
nione utemur: & dicemus: Heres venditor, & nomen, &
jus heredis non amiſit. Ergo nec jus adcreſcendi amiſiſſe
videri poteſt. Jam ſi cum hac explicatione conferas ſpe-
ciem facti, quæ eſt *in l. ſi totam. de acquir. heredit.* deprehen-
des agi illic de eo, qui tacitè cavit, ſe incapaci reſtituturū
eſſe hereditatem, unde ei tanquam indigno erepta eſt
hereditas: *juxta l. 5. de his, quæ ut indign. aufer.* Jure, inquam,
erepta eſt ei, non facto hominis, ſine jure conſiderato,
quo eripi non potuiſſet. At jure, & certis modis ut dari,
ita adimi & hereditas poteſt. Quis igitur non videt, eum,
cui jure ademta eſt hereditas, ob dolum ll. improbatum,
planè rem amiſiſſe; atque inde fieri, ut Ulpian. rectè non
habenti partem ſuam neget accuſare. Negat in illo caſu.
At in venditore longè ſecus eſt, quia vendendo non fe-
cit contra leges, quæ immò permittunt hereditatem vē-
dere; ſolo igitur illo facto rem nō amiſit: retinuit ergo &
jus adcreſcendi Rem, inquā, non amiſit: etſi cum emtor
perſonâ heredis fungitur in certis effectibus; tamen
verè & propriè heres non eſt. Atq; ex his ac conſimilibus
exemplis deducemus, quoties in ll. aut ſtatutis dicitur, a-
liquē perſonâ alterius fungi: toties interpretatione fieri
debere per comparationem ſimilium effectorum: vel
accidentium: & cum ſimilia vulgò dicantur claudicare,
& nullum ſimile ſit omninò idem cum illo, cum quo cō-
paratur. Hinc fit, ut facilè aliqua ratione ſimilitudinis
in contrarium acta, etiam ipſa ſimilitudo ceſſet. Affine
autem ſuperioribus exemplis eſt, quod filij conſtituti in
poteſtate patris, & patris & filij una perſona paſſim in ju-
re noſtro dicitur; quod perinde eſt, ac ſi diceretur, † pa- 43
rentem fungi perſonâ filij, nempe in contrahendâ obli-
gatione & alijs actibus: ac illa ipſa unitas, quæ fictionem
juris ac per conſequens ſimilitudinem continet, eſt effe-
ctus quidam ex nexu ſive vinculo poteſtatis patriæ in fi-
lium reſultans. Et hinc mirum non eſt, cum mater filium
jure noſtro in poteſtate non habeat, quod etiam mater
& filius non habeantur pro eadem perſonâ: *Gomez. in §.
actiones. n. 9. Inſtitut. de action. Carol. Ruin. conſ. 115. n. 17. lib. 3.
Hieron. Gabriel. conſ. 130. n. 22. in fin. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſumt.
18. n. 39.* quod facit ad intellectum *l. ultim. C. de impub. & a-
lijs ſubſtit. ubi Coraſ.* dubitanter hac de re loquitur *n. 20. &
ad caſum, de quo Menoch. d. c. 18. n. 38.* Si quis inſtituat Sēpro-
nium & Cajum cū filijs, ut tum ſc. in dubio præſumātur
Cajæ & filijs ejus diverſę partes attributę, non filij matri
ſubſtituti, q; præſumeretur in patre ob identitatem per-
ſonæ. Unde † etiam eſt, ut pater filio in poteſtate regu- 44
lariter paciſci & ſtipulari poſſit, ut filio, adeo, ut ex tali
pacto

pacto vel ſtipulatione patris filio directa actio quæratur
l.ſtipulatio iſta.38.§.ſi ſtipuler.17.ubi Bald. Imol. & alij Dd. & §.
alteri,ubi Caſtren. & Iaſ. de Verb.oblig. Anton.Gabriel.tract.regal.
lib.3.tit.de Verb.obl.concluſ.1.n.33. Atque hinc cauſſa intelli-
gitur,cur eo caſu, quo pater filio paciſcitur vel ſtipulatur
ut extraneo,cur,inquam, eo caſu, filio nec utilis nec di-
recta quæratur actio vel exceptio, *text in l.ſi tibi decem.§.ſi*
pactus.ibique gloſ.& Bart.n.3. de pact.Gabriel. d.concluſ.1.nu.41.
(etſi doli exceptionem tribui velit *Angel. in d.§. ſi pactus.*
n.1.)quia nimirum in ea contemplatione,qua pater filio,
ut extraneo paciſcitur, fictio unitatis perſonæ patris &
filij ceſſat. Ergo & jus reſpectu illius fictionis introdu-
45 ctum. In dubio † autem, an & quando præſumatur pa-
ter filio paciſci ut filio, vel ut extraneo, plenè & ſolidè
tractant *Menoch.lib.3.præſumt.c.48.per tot. & Math.Cuno lib.*
1.de pact.c.15.n.21.& 24.& multis ſeqq.

Cæterum hic difficilis emergit quæſtio, à practicis &
46 theoricis miro ingeniorum conflictu diſputata. An † pa-
ter etiam filio emancipato paciſci vel ſtipulari poſſit, ut
filio, ſaltem in caſibus de jure qualificatis id eſt, quibus
nimirum filio in poteſtate rectè paciſcitur & ſtipulatur?
Et ſanè,quia per emancipationem nexus patriæ poteſta-
tis & fictio unitatis perſonæ laxatur; adeò,ut poſt eman-
cipationem filius quoad patrem ſit extraneus.*l.unic.§.ex-*
traneum.C.de rei uxor.action. extraneo autẽ nemo rectè ſti-
puletur, ideo multi in noſtrâ quæſtione negativè cõclu-
dendum cenſent.Ejus ſententiæ eſt *Bald.in l.certi condictio.*
§.ſi nummos.de reb.credit. & originaliter Petr. de Bex. (ut re-
fert Jaſon,eumque inſignem Doctorem *appellat. in l.quod*
47 *dicitur,130.n.35.*) † *Ioan. Fab. ad §.ei vero. n.1. Inſtit. de inutil.*
ſtipulat. quin & ipſe *Iaſ.* etſi *d.loco* fundamenta hujus ſen-
tentiæ convellerere conatur; tamen *in l. quodcunque. §.1.*
n.2.de Verb.obl. aſſerit in puncto juris iſtam opinionem te-
neri poſſe. Quin & ex recentioribus magnos patronos
hæc opinio invenit, utpote quam propugnant *Eman à*
Coſta,lib.1.ſelectar.interpretat.cap.15.num.1.Aemil.Ferret. in d.l.
quodcunque.§.1.n.1.Zaſ.& Donel in d.l.ſtipulatio iſta.38.§. al-
teri.n.60.col.ultim.verſ.ſummam hanc eſſe volo.Anton.Fab.lib.1.
cõject.jur.cap.4.& noviſſimè Math.Cuno.d.cap.15.n.74.& mul-
tis ſeqq. Et quidem hi omnes ad roborandam ſuam ſen-
tentiam utuntur textu *l.ſi genero. 26.C.de jur. dot.* ubi Im-
perat.generaliter ſancit,quod pater filio emancipato (i-
ta enim interpretando eum textum accipiunt) non poſ-
ſit quærere actionem.
48 Secundo † dicunt, *ex d. l. ſtipulatio iſta. 38.§. alteri. 15.*
quod generaliter alteri ſtipulari nemo poſſit. Ergo nec
pater filio,qui cum ipſo non amplius eſt unus,ſed pro e-
mancipatione extraneus conſtitutus.

Tertiò adhibent *l.inter ſocerum 26.§.filia.4.de pact.dotal.*
ubi dicitur, quod ex filiæ pacto matri nulla quæratur a-
ctio,id eſt,neq; directa,neq; utilis: idemque ſtatuari di-
cunt *in l.debitor.59.in fin.ad SCt. Trebell.*

Quartò adducunt *l.4.C.de pact.convent.ſuper dot.* ubi iti-
dem mater filijs obligationem quærere non potuit; cu-
jus deciſionis rationem illam reddunt,quia eos in pote-
ſtate non habuerit.*§.ult. Inſtit.de patr.poteſt.*

Quintò confirmant hoc argumento à contrario ſen-
ſu ducto ex *l.pater.23.ibi quos in poteſtate habebat.* Ergo di-
cunt,ſi in poteſtate non habuiſſet inutiliter pactus fuiſ-
ſet. Hæc ita plauſibiliter à ſummis viris pro negantium
partibus adferuntur; quæ fateor etiam ipſi regulis juris
maximè veteris ſtrictè inſpectis ſuſtineri, atque ita hanc
ſententiam defendit *Tr.in ſelect.diſputat.part.2.diſp.7.theſ.7.*
lit.c.& diſput.27.th.2.lit.c. Sed ſi accuratè conſideretur,æ-
quitas tamen naturalis & civilis,ejuſq; momenta ſubdu-
49 cantur, † maximè cum ipſæ leges pro hac quæſtione ad-
ducendæ,in ea ſe fundent,facilè adducor, ut affirmati-
vam opinionem æquiorem, moribus etiam noſtris ferè
convenientem in conſulendo & judicando ſequendam
eſſe ducam,maximè,quia communius eſt recepta. Ha-
bet autem illa anteſignanos ex veteribus quidem *Petr.*
Bella:pertic.in l.quodcunq;.§.1.de Verb.oblig & ibid.Imol. Caſtr.
& Alexand.idemq; in d.l.quod dicitur.130.eod.tit.n.30.Iaſ.num.
34.& ſeqq.ubi hanc communem aſſerit. idem in l.ſi ita ſtipulatus.
§.Chryſogonus.n.26.27.eod.tit.Bald.& Salic.in d.l.ſi genero.26.
C.de jur.dot. Ex recentioribus verò *Pinel. in l.1.part. 2.n.73.*
C.de bon.matern. ubi itidem communem dicit, & ita recẽ-
ſet, & ſequitur *Eman.Soarez. in theſaur.recept.ſentent.lit.P.n.*
21.Anton.Gabriel.dict.concl.1.n.28. eumque conſulendo ſe-
cutus eſt *Menoch conſ.162.n.7.* & accuratè defendit *Cujac.*
ad d.l.ſtipulatio iſta.38.§.17.idem tr.7.Ad Affrican. in explica-
tione *ad d.l.pater.23. de pact. dotal.* quorũ fundamenta bre-
viter excutere operæ pretium eſt, & à reprehenſione ſu-
periorem communem ſententiam vendicare: quo facto
facilè, ut ſpero, fundamenta etiam adverſæ ſententiæ
diſſolvemus. Hi igitur,qui communiter affirmant:patrẽ
filio emancipato poſſe paciſci, ut filio, † adducunt *l. ut* 50
juriſjurandi.§.ſi liberi.de oper.libert. Vbi ſtipulatio operarum
à patre filijs facta prodeſt non tantum filijs ſui juris, ſed
etiam emancipatis.Sed ut verum fatear,textus ille,per ſe
parum ſtringit:cum ibi agatur de ſucceſſione liberti, cu-
jus jura patrono attributo etiam liberis ſingulari jure at-
tribuuntur *l.1.§.liberos.ſi à patre quis manum.* atque ita jus
ſingulare,quo ille caſus ſe haud dubiè fundat, ad conſe-
quentias produci nõ debet.*l.jus ſingulare,de ll.* atq; ita hũc
textum latius explicãdo amolitur *Donel. in d.§.17.n. 59.&*
Math.Cuno.d.c.15.n. 91.& ſeqq. contra *Bartol & alios.* Sed o-
ptimè † probat cõmunem opinionem *l.pater,pro filio.7.C.* 51
pact convent.ſup.dote. ubi diſertè dicitur: etſi pater,qui pro
filia genero dotẽ dederat, eamq; ſi filia ante generum in
matrimonio decederet, pactus eſt,reſtitui nepotib. etſi,
inquam,actionem illis quærere non potuerit,nempe di-
rectam, tamen utilem eis ex æquitatate accommodari.
Cur directam actionem quærere nõ potuit? quia nepo-
tes non erant in ejus poteſtate. Loquitur igitur de nepo-
tib.ex filia, ꝑ qua initio legis dicitur genero dotẽ dediſ-
ſe. Atq; ita † apparet,divinatoriam eſſe ſolutionẽ quâ ad 52
hunc textũ adfert *Ant.Faber.d.lib.1.conject.c.4.* ubi ait,poſſe
hanc legẽ accipi de nepotib. ex filio, quibus in poteſtate
retentis,avus utiliter poſt mortẽ dari ſtipulatur. Aliter &
prolixè quidem reſpondet † *d.loco Donel.* cujus reſponſio- 53
nis ſumma huc redit: Speciale etiam in dote à patre pro-
fectâ ad filiam, quam pater ſtipulari poſſit reddi filiæ li-
beris: aliàs ne quidem utilem actionem illis adquirere,
in quibus cauſſis cuivis extraneo nõ adquireret,ad quod
adducit *l.ſi genero C.de jur.dot.* Specialitatis autem rationẽ
dicit eſſe ex favore cauſſæ dotalis: *argum.d.s.2. de jure. dot.*
l.1.Solut.matrim. qui favor,cum in filio emancipato ceſ-
ſet,Ergo nec in eodẽ jus poſſe eſſe. Et ait,notandũ eſſe *in*
caſu d.l.noſtræ, quod actio prius quæſita fuerit patri, nẽpe,
ſi in matrimonio deceſſerit. *l.ſi convenit. C. de pact. convent.l.*
4.C.ſolut.matrim. quod ita verum eſſe dicit, ſi non expreſ-
sè ſtipuletur dotem reddi alij: cum verò ſtipuletur red-
di filiæ liberis, perinde eſſe,ac ſi filiæ paciſceretur: cum
& aliàs matre mortuâ,dos rediret ad liberos: itaque li-
beris filiæ paciſcendo patrem perinde adhuc habere a-
ctionem,ac ſi ſine illo pacto filiam dotaſſet.

At ſi idem pater ſtipuletur filio vel extraneo dotem
reddi,cum dotis actionem ſibi non quærat, (ceſſat enim
voluntas) inde putat effici, ut ne utilis quidem actio fi-
lio emancipato eo caſu adquiratur. Hunc reſponſio-
nem *Cuno dict.loco n.96.* ſolidam vocat, & cum eadem
remiſſivè tranſit. Sed præterquam, quod *l.ſi genero* id
non probat,ad quod à Donel. inducitur, ut infra in re-
ſponſione ad primum argumentum negativæ opinio-
nis apparebit: hoc inprimis Donello adverſatur, quod
lex noſtra dicit nepotibus, utilem actionem dari ex æ-
quitate. Quod ſi ſubtilis illa diſtinctio Donelliana ex
mente JCtorum fuiſſet,jam non ex æquitate, ſed ipſiſſi-
mo ſtricto jure diceretur ipſis actio competere. Et quan-
quam *d.l.noſtra* in ſuis terminis loquitur de dote pro-
fecta à patre, quam ille ſtipulatur nepotibus filiæ:

nondum tamen hinc ſequitur hoc ad filium extendi non
debere: cū notum ſit leges Cod. etſi ad ſingulas facti ſpe-
cies pleræq; emanatint, vim tamē ſanctionis univerſalis
habere. Optimo jure igitur dicemus, ex æquitate, quæ
ubiq; potior haberi debet *l. placuit. 8. C. de judic.* & in qua
Impp. Diocletianus & Maximianus in noſtra l. ſe fun-
dant, idem in filio emancipato ſtatuendum, quod lex illa
in nepotibus ex filia ſtatuit.

54 Secundò, & † quidem fortior communis ſententiâ
probatur per *l. Gajus 45. ſolut. matrim.* ubi nominatim ex
conventionē avi materni permittitur utilis actio: Si uti-
lis; ergo ex æquitate, quæ quoties ſubeſt, toties extenſio-
nem admittit, ut vulgò notum eſt. Reſpondent quidem
Donel. & Ant. Fab. dd. locis, eſſe id ſingulariter dotium favo-
re receptum, & ut *in d. l. pater. ſtipulatum erat filiæ liberis*; ita
hîc filiæ ipſi: non tamen idem eſſe in filio: cum in eo ceſ-
ſet ratio, ſcilicet nuptiarum favor, & ne deſtanderent cō-
modo dotis. Sed contra illam ſolutionem adhuc pro cō-
muni viget textus noſtræ legis. Ait enim diſertè: ad hoc
decurrēdum eſſe favore nuptiarum, & maximè propter
affectionem perſonarum. Jam ſi affectio perſonarū hoc
facit inter avum & neptem ex filia: cur non idem dice-
mus, & quidem multò magis inter patrem & filium e-
mancipatum? atque ita roborantur ea, quæ de reliquijs
patriæ poteſtatis, quatenus ea, etiam poſt emancipatio-
55 nem durant, à Dd. traduntur. Manet † naturalis affectio:
Æquum igitur eſt, contra ſtricti juris ſubtilitatem defi-
ciente directâ actione, utilem dari. Qua diſtinctione ſer-
vatâ, quod nimirum emancipatione tollantur ea, quæ
circa primam partem ſunt juris civilis meri, non itē ju-
ra naturæ, non video, quomodo per hoc omnis differen-
tia inter emancipatos & cōſtitutos in poteſtate tollatur,
ut exiſtimat *Cuno d. c. 15. n. 84.* Ad rationem autē deciden-
di, quæ ab affectione perſonarum *in d. l. Cajus in fin.* ſumi-
tur, in ſpecie conatur reſpondere *Ant. Faber. d. c. 4.* eſſe ni-
mirum abundantiam potius, quàm idoneam rationem:
Sed id ipſe textus, & particula comparativa MAXIME
prorſus refellit. Subtilem more ſuo Donell. eſſe quidem
hanc, quę ab affectione perſonarum *in d. l.* ducitur, ratio-
nem unam, at non ſolam, ſed cum altera de ſavore dotis
cōjunctim accipiendam: illam autem perſonarum affe-
ctionem non facere in ea ſpecie, ut poſſit pater actionem
utilem ex ea convētione filiæ adquirere, ſed ut exiſtime-
tur, quærere noluiſſe: quod contra dici videbatur, Stipu-
latum enim fuiſſe patrem dotē reddere ſibi aut filiæ, quo
ex genere ſtipulationis ſecundum regulas juris obligatio
& actio ſtipulanti adquiratur: adjectionem autem ex-
tranei id perficere, ut ſolutio tantum in ejus perſonam
collata eſſe videatur. *§. 4. verſ. planè. Inſtit. de inutil ſtipulat.* ibi
Paulum, removere & contendere ſupra ſcripta ſtipula-
tione avum exiſtimandum eſſe non ſolutionem tantum
in filiam, ſed etiam jus dotis ultrò petendæ conferre vo-
luiſſe. Id autem rectè defendi argumento ducto ab affe-
ctione patris erga filiam. Sed ulterius quæri: an voluntas
patris efficere poſſit, ut actio dotis quæratur filiæ? Quod
Paulus effici poſſe affirmat, argumento ducto à favore
nuptiarum. Ingenioſè hæc ratiocinatio à Donello inſti-
tuitur, ſed profectò, ſi ipſiſſima verba *d. l.* aſpiciamus, ap-
parebit ijs hoc ipſum maximè adverſari, quod Donellus
affectionem perſonarum ad ſolam voluntatem ſtipula-
toris & favorem nuptiarum, ad juris permiſſionem re-
ſtringere conatur. Id oſtendunt verba deciſionis ibi: *ad
hoc decurrendum*: quid eſt illud Hoc? nempe ut permit-
tatur nepti utilis actio. Ad hoc igitur decurrendum eſſe
dicitur? Idq; maximè propter affectionem perſonarum,
non ſolum voluiſſe ſtipulatorem, ſed etiam de jure per-
miſſum eſſe. Adde quod particula ET, ſua naturâ conjun-
git, quod hic evidentius fit ex particulâ comparationis
poſteriori rationi annexâ. Manet igitur hoc fundamentū
communis opinionis inconcuſſum, ut & in filio emanci-
pato propter affectionem naturalem, quā emancipatio,
ut actus juris civilis tollere non potuit, ad hoc decurra-
tur, ut ex pacto patris actio utilis ipſi detur: æquitate
defectum ſtricti juris ſupplente.

Tertium † fundamentum, pro cōmuni opinione de- 56
ſumunt *Dd. ex l. quodcunq; 45. §. ſi quis ita. 2. de Verb. oblig.* ubi
is, qui filiæ ſuæ dari poſt mortem ſuam (id eſt, eo tēpore,
quo filia in poteſtate amplius non erit) ſtipulatur, dicitur
utiliter ſtipulatus: utiliter, id eſt, ita, ut actio utilis filiæ in-
de competat: atq; hinc fluxit regula Dd. hujus quęſtionis
deciſioni accommodata: paria eſſe fieri in tempore, &
conferri in tempus. Qui contra communē diſputant, va-
riè hunc textum quoq; infringere conantur. † *Alciat. in d.* 57
l. quodcunq; n. 29. col. 2. regulam jam dictā negat procedere
quando neutrum tempus, videlicet neq; cōtractus, neq;
id, in quod factum confertur eſt habile. Sic etiam video
tranſire *Anton. Faber. in d. c. 4.* ut dicat textum loqui de filiâ
in poteſtate conſtitutâ. Atq; ex hac reſponſione *Cuno d. c.
15. n. 104.* colligit, illam legem ad propoſitum non facere,
cum ibi tempore contractus habilitas perſonæ adfuerit,
& pater filio (textus de filia loquitur) in poteſtate conſti-
tuto, rectè ſtipulari potuerit. Sed hæc reſponſio maximè
divinatoria eſt, cū textus filiæ mētionem faciat abſolutè,
neq; addat an in poteſtate, vel emācipata fuerit: cur igitur
non tā emancipatæ, quam in poteſtate cōſtitutæ filiæ pa-
trem ſtipulatum dicemus. Hic Ant. Faber porrò reſpon-
det eam interpretationē propterea faciendam eſſe, quia
pater ſibi ſtipulari videtur, quoties filiæ in poteſtate ſti-
pulatur: quod idem non ſit, cum ſtipulatur emancipatæ. Sed
& † hæc inſtantia facilè diſſolvitur, ſi quis attēdat in no- 58
ſtrâ lege filiæ quæri actionē utilem non patri: & ſi patri
quæreretur, propter rationē modò dictam competeret
ipſi directa, non utilis actio. Et ſanè in praxi etiā verior &
receptior eſt eorū ſentētia, qui eo caſu, quando pater ſti-
pulatur filio in poteſtate cōſtituto directa quidem actio
quæratur filio, ſed quæ eodem momento tranſeat ad pa-
trem, quod *Imol. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. ad hanc ipſam l. noſtram*
tradunt, & alij quam plurimi alibi, quos allegat & ſequi-
tur *Gabriel. d. concl. 1. n. 33.* in quâ etiam alibi ſe fundat, aſſi-
gnando ejus opinionis optimam rationē. *Cuno. d. c. 15. n. 4.*
Rectè igitur *idem eod. cap. n. 104.* quaſi animadvertens † 59
hac reſponſione non ſatisfieri huic legi, adjicit aliter &
melius fortaſſe ad eandem reſponderi à *Donel. d. loco. n. 601*
quam tamen reſponſionem non refert. Videamus igitur
ſummā ejus quoq; reſponſionis; quæ huc redit. Patrē in
quibus cauſis ſtipulari poſſit filiæ, in ijs ſi addiderit, poſt
mortem ſuam: non minus rectè eum ſtipulari, quam ſi ſe
vivo dari ſtipulatus eſſet: quod in dote veriſſimum eſſe
non nego. Sed noſtram l. generatim, & de quacunq; re
loqui, patet ex principio; quodcunq; ſtipulatur is. Ita & *in*
§. 1. ſicuti cū morietur quis ſtipulari poteſt: ſtipulari ſe. in-
definitè: & ut Logici ajunt, in materia † neceſſaria prō- 60
poſitio indefinita æquipollet univerſali. Itaq; nullo mo-
do probabile eſt Ulpianum eo loco reſpicere voluiſſe ad
cauſſas particulares: ſed hoc ex collatione *§. 1. 2. & 3.* re-
ſultat: eum tēpora in quæ ſtipulationis effectus confer-
tur, diſcernere, pro varietate cauſſarum incidentium: &
ratione rei in ſtipulationem deductę loqui generaliter &
indefinitè. igitur generaliter etiam accipiemus, & ex æ-
quitate naturali, id quod propter affectionem perſona-
rum *in d. l. Cajus* admittebatur in nepte, quæ in avi mater-
ni poteſtate nūquam fuerat, hic etiam in filia emancipa-
ta admittemus, ut nimirum ex ſtipulatione patris utilis
actio illi acquiratur: cū † & aliàs textus generaliter & in- 61
diſtinctè loquens generaliter ſit intelligendus, & ubi lex
non diſtinguit, ibi nec nos diſtinguere debemus, ut cō-
ſtat ex vulgò traditis per *Dd. argumento: l. item veniunt. §. peti-
tam. verſ. à quo. de petit. hered. l. ſi ſervitus. de ſervit. urban. prædior.
l. 3. de offic. præſid. l. de pretio. 9. ff. de publ. in rem action. l. 1. de legat.
præſtand. Borch. tract. feud. c. 1. n. 28. Gart. in tract. de ult. fin. jur. n.
236. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. quæſt. 20. num. 10. Nic. Mozzius
tra. ctde contractibus rubr. de accidant. pignor. n. 7.*

Ultimo

62 Ultimo pro † communi opinione facit textus *in l.*
Publia Mævia.26.depoſ. quem ad hoc adducit *Bartol. in d.l.*
quo ſcunque dicitur.130 colum.ultim.verſ quæro an mater.quæſt.
ult. in quo textu mater in caſum mortis ſuæ jubet depo-
ſitarium res depoſitas reſtituere filio ex alio marito ſuſ-
cepto abſenti: & cum quæreretur, an non marito rectius
reſtituerentur: *Paulus in d.l. 26.* pro filio reſpondit: æ-
quiſſimâ ratione hunc textum *Donel.& Cuno* in hac quæ-
ſtione non attingunt: ſed *Anton.Fab d.c.4.* reſpondet: de-
poſitum ibi filio reſtituendum ex cauſâ fideicommiſſi
*argt.l.ſi pecunia 77.de legat.*1. In cauſſa verò fideicommiſſi
utcunq; precaria voluntas requiratur, conjecturâ poſſe
admitti: *l.cum proponebatur.64 de legat.*2. Sed hæc reſponſio
ex ipſo textu noſtro impugnatur: mulier enim deceſſit
inteſtata, nec rogatus eſt ille, ad quē bona ab inteſtato le-
gitimo aut honorario jure pertinebant: ut rem reſtitue-
ret, quod tamen omninò, & quidem pro forma fideicō-
miſſi ab inteſtato relinquendi requiritur. §. *præterea.* 10.
Inſtit.de fideicommiſſ.heredit.l.1.§.hoc autem.l.78.princip.eod.l.3.
C.eod.Ulp.in fragm.tit.25.§.4.Sed in caſu noſtro l.rogatur depoſi-
63 *tarius:* & ſanè illa verba: † ſi quid humanitus mihi con-
tigerit, perinde ſunt, atq; ſi dixiſſet, poſt mortem meam.
l in vulgari.162.§.ſi quis ita.1.de Verb.ſignif.ibiq, Gödd.n.2. & 3.
Barn.Briſſon.lib.6.de form.pop.Rom. Et ſimile exemplum eſt
in l.1.§.ſi depoſuero 45.ff.depoſ. ſi depoſuero apud te, ut poſt
mortē meā reddatur. Pacta igitur eſt mulier filio abſenti
reſtitui: & licet eum in poteſtate non haberet, tamen
voluntas conventionis attenditur, & filius in reſtitu-
tione rerum depoſitarum marito præfertur: ſicut *in l.*
*35.§.codicillis.3.de legat.*3. per patruum, qui patris loco eſt,
fratris filio utiliter pactum fit. *Vid. eleganter Cujac. ad l.*
23.de pact.dotal.tract.7.ad Affrican. ut non dubitare debea-
mus, quin æquiſſima ratione etiam pater filio emanci-
pato paciſcendo utilem actionem et acquirat. Neque
revera huic aſſertioni obſtant, quæ pro noſtra opinione
64 ſunt allata. Nam † quod *ad l ſi genero 26.C.de jur.dot.* atti-
net. Etſi Cuno cum Donell. putat non ſufficere reſpon-
ſionem Accurſij & Dd. ibidem, qui ajunt, filio emanci-
pato in illa lege ex ſtipulatione patris dari actionem di-
rectam, & nihilominus competere utilem ex æquitate:
tamen illa reſponſio prorſus improbari non poteſt, &
omninò dicendum, ibi Impp. loqui de actione directa,
non utili. Id ex ratione legis ita probo: Pater non po-
tuit ſibi quærere actionem; quia ceſſavit voluntas, id
eſt, pater non egit id, ut ſibi acquireret: nec potuit filio
acquirere, quia jus prohibet. Jam certum eſt, quando
quæritur, quam actionem ſibi ceſſante voluntate, pa-
ter acquirere non potuerit, intelligi directam non uti-
lem. Itaque cum idem attributum (ſcilicet quæ verè
non potuiſſ. actionem) referatur etiam ad filium, o-
mninò congruum erit hanc etiam actionem de filio
accipere, ut nimirum ex ſtipulatione patris facto filio
extraneo conſtituto, id eſt, emancipato, (ut rectiſſimè
accipitur, ab Ant. *Fabr.d.c.4.* etſi aliter accommodet)
non quærat actio directa. Cur? quia jus prohibet, dire-
cta actio non datur; niſi nominatim jus eam largiatur.
Atqui iidem *Impp.in d.l.pater.7.C.de pact. convent.* utilem a-
ctionem conceſſerunt ex æquitate, quod nihil aliud eſt,
quàm contra ſtricti juris prohibitionem, ut ſupra expli-
cavimus. Ergò, cum Juſtin. omnia, quæ in libris juris
ſunt, ſua fecerit, & in ijs, quæ interdum ſibi invicem cō-
trariari videntur, jubeat rationem diverſitatis ſubtiliter
inquirere; & vero ipſa rei evidentia doceat; cum de di-
65 rectis & utilibus actionibus ſermo eſt, † ſæpiſſimè jus,
nimirum ſtrictum, & æquitatem, quippe quæ eſt juris
mitigatio opponi, facilè adducor, ut hic etiam *in l.26.* pu-
tem negari, quod filio quæratur directa actio, quia jus
prohibet: etſi interim quæratur utilis: quia æquitas illam
extenſionem admittit, ut *in d.l.7.* Et aliàs in jure noſtro
novum non eſt, ut unam legem ex alterâ oporteat ſup-
pleri. Nec verò obſtant huic conſiderationi Inſtantiæ
Cunonis, qui d.c.15.n.78. ait, Imperatorem hîc generaliter
ſancire. Id enim verum eſt, juxta interrogata: an interro-
gabatur? an ſibi pater adquirere potuerit? Interrogaba-
tur ergo de actione directâ tātum: ut antè monui. Unde
nec vitioſum eſſe poteſt, quod de directa tantum reſpō-
detur: illam nēpe patri non potuiſſe acquiri, quia deficiat
volūtas: nec filio, quia deficiat jus. Multò clarior evadit
reſolutionis hujus veritas, ſi utramq; legem conferas. Nā
ne quidē *in d.l.7.* dicitur, quod pater nepotibus actionē
ullam quæſierit: ſed id traditur: etſi actionē illis quærere
non potuerit, (nota, quod actio directa abſolutè, & per
excellentiam hîc datur actio) tamen utilē ijs ex æquitate
accommodandā: à † prætore nimirum, qui adjuvat, ſup- 66
plet, vel corrigit jus civile propter utilitatem publicā *l.7.*
§ jus prætorium de juſtit.& jur. Et hac ſolutione ita perſpicuè
explicata, omninò puto ſatisfieri allatæ *l.ſi genero.26.* Po-
teſt † etiā retineri ſolutio allata à *Cujac.dd.locis*, qui ait, il- 67
lam legē loqui de prorſus extraneo, non de filio, qui ex-
traneus conſtituitur per emancipationē. Sed Ant. Faber
poſt Donellū huic reſponſioni opponit illa verba: *pater*
communis: quæ ſatis evidenter oſtendūt, in ea ſpecie facti
ſtipulatorē habuiſſe filiam, cujus nomine dotē dabat, &
filium emancipatū, cui dotē reſtitui ſtipulabatur: *argt.l.8.*
C.de impub.ſubſt.l.6.§.1.C.de ſecund.nupt.l.77.§.3. de condit.&
*demonſtrat.l.67.§.fin.de legat.*2. Hæc etſi probabiliter dicū-
tur, tamen pro Cujacij intellectu nō minus probabiliter
induci poteſt textus *l res judicata.15.in fin.cū l. ſeq.* ubi ſocer
dicitur parentis locū obtinere. Poteſt igitur pater cōmu-
nis filiæ & generi dici per æquivocationem. Quin ēt pro
Cujacij ſolutione militat ſimilis deciſio, *in l.cum patrē.19.*
C.de jur.dot. ubi actio non competat in eo caſu, cū prorſus
extraneo facta eſt ſtipulatio. Quod ſecundo loco pro ne-
gativâ opinione adducebatur *d.l.ſtipulatio iſta.38.§.alteri,*
ubi generaliter dicitur: † quod alteri nemo ſtipulari poſ- 68
ſit: id parū nobis obſtat: cū omnis definitio in jure noſtro
periculoſa ſit, parumq; abſit, ut ſubverti non poſſit, in ca-
ſibus ſc. exceptis: *l.omnis definitio.de Reg.Iur.in quibus regula*
prodit officium ſuum l.1.eod. Derogatur a. huic regulæ utilita-
tis publicæ cauſſa, propter æquitatē naturalem, & *in l.cum*
qui.5.§.ſi actori.9. de conſtit.pecun.juncta l.quo tutela.73.in fin.de
reg.jur.& in l.avus.33.de pact.

Ad tertium negativæ opinionis fundamentum: quod
nimirū *in l.inter ſocerum 26.§.filia.4. de pact.dotal.dicitur*, ex
pacto filiæ nullam matri quæri actionem: reſponderi
† poteſt cum *Cujac.tract.7.ad Affrican.* matri ibi directam 69
actionem quæri non poſſe, quia regulariter nemo alteri
ſtipulatur rectè *d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.d.l. quo tutela.73.in*
fin.de reg.iur. nec hîc rationes æquitatis occurrūt, ex qui-
bus utilis actio matri dari poſſit. Mater enim in ſpecie
noſtræ legis 26. non defraudatur commodo dotis: quæ
nulla erat, ſicut nec ullæ nuptiæ. Affectio autem perſo-
narum à liberis ad parentes imbecillior: cū † amor nun- 70
quam (ut dici ſolet) reſpiciat retrò, *Menoch.lib.4.præſumt.*
106.n.30. Cujus rei rationem ex *Ariſtot.8. Phyſic.reddit*
Martin.de Caſſarijs in tract. de primogenitura. quæſt. an nepos
ex primogenito præferatur patruo, verſ. ſecundò proba-
tur, quia, inquit, pater habet partem in filio ſuo, non
contra: ad quod allegat *l.iſta quidem.quod met cauſſ & l.fin.*
C.de Curat.furioſ. & aliàs etiam, † cum parentes liberis ſuc- 71
cedunt, turbari ordo mortalitatis dicitur *l.15 princip.de in-*
offic.teſtam. Ergò, non immeritò aliud in filijs quàm in
parentibus placuit. Atq; eadem reſponſio etiam ſufficit
ad l.59.§.fin ad SCt. Trebell. quia & ibi filia erat pacta ut
matri dos reſtitueretur.

Quartò † ne quidem textus *l 4. C. de pact convent. ſuper* 72
dote rectè inducitur ſed, ut antitheſis in illo textu manifeſtè
oſtendit; ideo liberi dotem ibi petere non poſſunt, quia
ſtipulatio ratione formæ ſive ſolennium minus legitimā
interceſſerit: quæ ſi ritè interceſſiſſet petitionem habere
potuiſſent. Tralatitium autē eſt, apud Dd. formam actus 73
præcisè, & ad unguem ſervandam eſſe. *l cum hi.§ ſi. prætor*
de tranſact.l conſtitutio.ad municipal.l. cert.a forma. C.de jur fiſc,

Digitized by Google

Borcholt.tr.feud.c.3.num.9. Anton.de Petracio.ad l.1. de jurejur.
n.239. Et in ſpecie,de ſtipulatione tradit Galiaul.ad l.1.§.ſtipulan-
ti.de Verb.oblig.n.3. Ideoque eâ non ſervatâ, nihil mirum,
quod actus effectum non ſortiatur utpote informis &
inultus: *Borcholt.d.n.9. Everhard.à Middelburgo,in top. legal.in*
loc.à defectu formæ.n.2.& 3. Geil.lib.1.obſerv.124.nu.1. Borgnin.
Cavalcan in tract.de uſufr.mulieri relicto.n.127. & poſt pluri-
mos alios à ſe allegatos *Frider. Pruck.in §.ſolûta poteſtas.c.4.*
mēbr.1.effect.4.n.10.pa.(mihi) 283.Ultimò nō juvatur opi-
nio negativa *per l.pater.23.de pact.dotal.* per illa verba: quos
in poteſtate habebat: nam ea circumſtantiam facti con-
tinent,de quo Affricanus conſultus erat, non deciſionis
74 limitationem. Itaque † concludamus tandem cum
communi Dd.ſententiâ, & hujus noſtræ diſputationis
recapitulationem ſumamus *ex Cujac ad d.l.23.* nimirum
filio emancipato,ſine ullâ diſtinctione facti & juris, vel
ſimplicis ſtipulationis,& conceptæ in caſum mortis pa-
tris,per patrem(codices Colonienſes vitiosè edunt par-
rem)parari utilem actionem.nam & per avum maternū
nepti *d.l.Gajus 45.ſolut.matrim.*& per patruum, qui patris
loco eſt, filio fratris *l.cum quis.37.§.codicillis.5.de legat.3.* &
per matrem filio:*l.Publia.26.depoſ.*paratur.Et ad ſummam
affectioni & voto parentum,vel eorum, qui parentum
locum obtinent, erga liberos hoc datur, ut eis pa-
rent utiles actiones, licet eos non habeant in poteſta-
te, quod tamen affectioni liberorum non datur ſimili-
ter *d.l.59.ad SCt.Trebel.* Hucuſque Cujacius. Cum hac
75 † ſententiâ etiam uſus hodierni temporis convenit, qui
à ſcrupuloſis ſtipulationum ſolemnitatibus magna ex
parte receſſit. Iis autem inter alia introductum erat, ut
quis ſibi ſtipularetur, quod ejus intereſſet:& ideo inuti-
lem jura civilia cenſent ſtipulationem, quæ alteri per al-
terum fit: at hanc rationem jure naturali ceſſare, ait in
ſpecie *Covar. in relect.ad c.quamvis.part.2.rubr. de jurament.*
confirm.pact.§.4.num.3. quod etiam de jure civili verum
eſſe puto per ſupra dicta. Abſque dubio igitur & æqui-
tatem illam naturalem ab affectione perſonarum de-
ſumtam,& laxata ſtipulationum veterum ſolemnia, ita
hodiè interpretabimur,ut filio emancipato, cæteris pa-
ribus rectè pater ſtipuletur vel paciſcatur. Quod tanto
76 fortius dicendum, † cum etiam emancipationum vete-
rum ſolemnia hodiè ceſſent:adeò, ut ne quidem judicis
aditione opus ſit; ſed ex ipſo facto,putà, per matrimo-
nium,aut à menſa,domicilioque paterno ſeparationem,
emancipatio colligatur,de qua generali conſuetudine
Germaniæ atteſtatur *Zaſ.in l.utrum turpem.num.4.de Verb.*
obligat.Suhard ad rubric. C.qui ad autti.num.7.Caao d. cap 15.
num.114. quod jure Saxonum disertè ſtatutum eſt. Landrecht
lib.1 artic.11. Wann ſich die Kinder nach der Mutter Tod/
oder noch bey ihrem Leben von dem Vatter ſcheiden. ſoll
ihn der Vatter ihr Mütterlich Gut wider geben / (id eſt,
quando filij poſt mortem matris, vel etiam matre vi-
vente, à patre ſe ſeparant, tunc eis pater bona materna
reſtituere tenetur) & in filiâ nupta nominatim Landr.
lib.3.artic.31. Wann ein Mann ein Weib nimet/ſo nimbt
er ſie in ſeine Gewehr / vnnd all jhr Gut in rechte Vor-
mundſchafft / (quando maritus ducit uxorem, tunc
fit uxoris curator, & omnium ejus bonorum admini-
ſtrator.) *Auctor different. Iur. Civil. & Saxon.lib.2. differ.36.*
aliàs 31. & probant Novella Conſtit. Electoral.part. 2.conſtit.10.
77 Ita & † peculiare ſtatutum Civitatis Francofurtenſis ad
Mænum loquitur indefinitè Franckfurtiſche Reforma-
tion: *part.2.tit.* von Contracten in gemein: Wenn ein
Vatter ſeine Kinder/ſo jhr manliches volkommenes Alter
erreichet haben/ ehelichen / mit einer gebührlichen Ehe-
ſtewer außſtattet/ dieſelben auch darauff von jhm dem
Vatter abgeſchieden jhre eigne Haußhaltung vnd Hand-
thierung angeſtellet/eigen Hauß / Fewer vnd Rauch hal-
ten/daß ſolches vor eine rechte emancipation zuhalten/ ꝛc.
78 Idem apud † Hiſpanos lege Regia ſancitum eſt, teſte
Covar. in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 7. §.1. num. 13.
Pinel.in l.1. C.de bon.matern.part.1.num.34. Franc.de Chaldas
in l.3.C.de in integr.reſtit.verb.ſine curatore.num.86. Et appa-
ret inter *ll.Tauri.l.48.ibidemque Gomez* ſaltem effectivè:
quia pater liberis in matrimonio conſtitutis jubetur re-
ſtituere uſumfructum adventitiorum. Idem etiam in
Tholoſano ducatu obſervari ait *Guil. Benedict. in c.Raynu-*
tius.verb.uxorem.deciſ.1.n.79.de teſtam.& de Gallis indefini-
tè affirmat *Bodin.lib.1.de rep.c.4.pag.mihi 25.*Unde rectè di-
citur *tit.C.de bon.matern.*& de bō.quæ liberis hodiè in illis
provincijs, in quibus hæc conſuetudo obtinet, non ob-
ſervari. *Schneidw.ad tit.Inſtit.quib.mod.jus patr.poteſt.ſolvat.*
§.ſed etſi.n.8. Sunt & † alij hujus conſuetudinis effectus: 79
ut nimirum,in locis,quibus illa viget,ex eo ipſo, quod
pater aſſignavit portionem bonorum filio, & eum à ſe
dimiſit,emancipatio arguatur,ut rectè reſpondit *Cephal.*
conſ.587.n.10.& 11.lib.5. quicquid poſt *Rimimaldum ſenio-*
rem conſ.108.num.16.lib.1. contradicat *Menoch. lib.6.præ-*
ſumt.55.n.9. Hoc enim factum de generali locorum ple-
rorumq; conſuetudine ſucceſſit in vicem veteris ſolen-
nitatis: atqui per illam ſolennitatem induceretur plena
probatio emancipationis. Per factum igitur,quod taci-
tè in locum ſolennitatis ſucceſſit, ad minimum præſum-
tio induci debet: cum & aliàs regulariter † ſurrogatum 80
ſapiat naturam ejus,cui ſurrogatur: *argt. l. cum biſextum.*
98.ibique God.num.10.de Verb.ſign. arg.l.ſi ex lapidicinis. de jur.
dot.l.ſi ipſa.quod met.cauſſ. l.ſi cum quis. §. injuriam ſi quis caut.
in judic.ſiſt.l.1.§.ſed etſi.C.de rei uxor. act. maximè, cum ita
ſurrogatur,ut prorſus prioris vicē ſuſtineat, ut poſt *Bald.*
in l.venditor,per illum textum de heredit.vel action. vend. Socin.
regul.475.& alios eleganter exemplificando declarat God.d.num.
10.Ludov.Fachſ.(poſt conſil. Modeſt. Piſtor.)conſil.10.num.8. &
9.Hartman.Piſtor.part.2.quæſt.20.n.28.& ſeqq. & quæſt.21.n.
15.& 32.& quæſt.38.num.53.& ſeqq.

Sed ex his amœniſſimis digreſſionibus,quæ opinione
longius nos tenuerunt; revertamur ad perſonæ variam
ſignificationem alijs exemplis declarandam.

Occurrit igitur † id, quod perſona nonnunquam in 81
jure noſtro Emphaſin habet ad dignitatem quandam
exprimēdam, non tantum cum epitheta id volunt, ut in
perſonis Clariſſimis, Illuſtribus & alijs,quæ in jure paſ-
ſim nominantur: ſed etiam cum ſimpliciter ſubſtantivo
alicui vox perſonæ adjicitur. Huc reducemus elegans
exemplum *in l.liberto.9. de obſeq.par. & patron. præſtand.*ubi
*Vlpian.*ait,† Liberto & filio ſemper honeſtam & ſanctā 82
perſonam patris ac patroni videri debere: ubi patris &
patroni,qui aliàs dicuntur, dignitas emphaſi vocis au-
getur,cum perſona patroni & patris nominatur. Sem-
per,ait lex noſtra, ut intelligamus, nec manumiſſione
ſervi,nec emancipatione filij tolli debitum pietatis,reve-
rentiæ,obſequij:*l.1.eod.obedientia etiam.l.1.2.de juſtit.& jur.*
quam gratam voluntatem *Cic.pro Plancio:* aliàs ex uſu la-
tinæ linguæ uno verbo, pietatem appellamus. Unde
Æneam ſuum pium cognominavit Maro,qui poſt captā
Trojam libertate à Græcis, & facultate quidquid vellet
efferendi impetratâ,patrem Anchiſen,ſenio confectum,
inprimis humeris extulit:adducto ſimul filio & dijs pe-
natibus.*Natal.Comes lib.4.mythologiar.cap.13.* Semper, in-
quam,ſancta debet liberto & filio videri perſona patro-
ni & patris: quia ſanctio juris civilis tollere non potuit
juris naturalis æternam, ſibiq; ſemper conſtantem præ-
ceptionem. *§.ſed naturalia.Inſtit.de jur.nat.gent.& civil.* qua
parentes † videmus etiam unanimi honeſtarum gētium 83
inſtituto honoratos eſſe: quia natura hoc docet, quæ à
nemine penitus poteſt ignorari. *Menoch.lib.2.de arbitr.*
judic. quæſt.cent.2.caſ.194.num.8. & ad ejus præcepti ob-
ſervationem, ut omnes tanto ardentiore ſtudio invita-
rentur; quippe quo violato,fundamentum humanæ ſo-
cietatis labefactari neceſſum eſt; inde factum; ut hoc
unum & ſolum præceptum in lege divinâ & morali,quę
eſt explicatio legis naturæ, promiſſionē vitæ annexā ha-
beat; honora patrē & matrē; ut ſis longævus ſuper terra.

Exod.

Exod. c. 20.*verſ.*12.*&* 21. *verſ.*17. *Levit.* 19. *verſ.* 3. *&* 20.*verſ.*
9. *Deuter. c.*5.*verſ.*16. *& c.*27.*verſ.* 16. *Proverb. c.*23. *verſ.*22.
Matth. cap. 15. *verſ.*4. *& c.*19.*v.*19. *Epheſ. c.*6.*verſ.* 10. *Coloſ. c.*
3. *verſ.*20. Vnde ſanè multa incautè à pleriſque Dd. ad-
do etiam impiè ſcripta intelligi & dijudicari poſſunt. In
84 quibus eſt illud facile primum : An † parentes hoſtes
Reipubl. à filijs jure occidantur? quod nimis indefinitè
affirmat *Bartol. in l. ſi adulterium. §. liberto ad l. Iul. de adul-
ter. Imol. in l. triticum. de Verb. oblig. Salic. in l.* 1. *C. de his qui par.
vel lib. quod Bartol. d. loc.* & alij etiam ad exbannitum civi-
tatis multo pejus extendunt. Moventur hi omnes per
l. minimè. 35. *de religioſ.* ubi Marcellus Iĉtus ait: minime
majores lugendum putaverũt eum, qui ad patriam de-
lendam, & parentes & liberos interficiendos venerit:
quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine
ſcelere etiam præmio afficiendum omnes conſtitue-
runt. Ab hac ſententiâ toto genere diſſentit *Ioan. Bodin.
lib.* 1. *de Reipubl. c.* 4. & indefinitè negat ullam eſſe juſtam
cauſſam, qua parentibus vim inferre liceat; quod o-
mninò probare videtur noſtra *L. liberto.* 9. cum dicat,
ſemper filio perſonam patris debere videri ſanĉtam &
honeſtam: idque etiam ſi inhoneſta ſit, ut Accurſ. rectè
adnotat. Cæterum, cum lubricus ſit & præceps hic lo-
cus, puto accurate diſtinguendos eſſe aliquot caſus.
85 Primus † caſus igitur ſit in exbannito alicujus ci-
vitatis, noſtri vocant: **der in der Unteracht iſt:** quales ſunt
banniti in Italia: eum, certum eſt, amittere jura ejus ci-
vitatis, in qua bannitus eſt: ſed tamen retinere ea, quæ
ſunt juris communis civilis: *Angel. Aretin in §.*1. *Inſtit. quib.
mod. jus patr. pot. ſolv.* ubi pro hac ſententia Imolam & Sa-
licetum allegat : at patria poteſtas juris civilis commu-
nis: rectè igitur *Bald. Angel. & Alexand. in l. ſi cum dotem. §.
patri ſolut. matrim.* docuerunt, talem non liberari per
hoc, vinculo patriæ poteſtatis; etſi contrarium reſpon-
derit *Pariſ. conſ.*157. *num.* 20. *lib.* 4. & immerito de hoc du-
bitare videatur *Menoch. lib.* 1. *arbitr. judic. quæſtion. caſ.* 90.
num. 45. Ergo hoc caſu indubitate dicendum talem Rei-
publ. hoſtem non eſſe: nec patrem â filio occidi poſſe:
ſicut nec libertus patronum in adulterio uxoris ſuæ
deprehenſum jure occidit: ita rectè *Angel. in d. l. ſi adulte-
rium. §. liberto. Dec. in c. Eccleſiarum num.*14. *de conſtit.* & poſt
multos à ſe allegatos. *Menoch. d. caſ.* 90. *num.* 43. *& ſeq.*
adeo ut contrariam Bartoli & aliorum opinionem jure
impietatis plenam eſſe dicat *Iul. Clar. lib.* 5. *Sentent. §. ho-
micidium. verſ. ſed hic quæro.*
86 Secundus caſus † ſit in exbannito Imperij: **Der in des
Reichs oder in der Oberacht erklåret iſt.** Hic etſi amittat
ea, quę ſunt juris civilis, ut ꝓ civiliter mortuo reputetur,
utut omnes obligationes, juramẽta, pacta & actiones, ex
ejus parte caſſa, irrita & penitus nulla ſint, ut patet *ex Cõ-
ſtit. de pac. publ.* & ordinatione Cameræ Imperialis *part.* 2.
tit. 9. *§.* 2. latè & eleganter *Geil. lib.* 2. *de pac publ. c.* 12. *per tot.*
adeoque etiam illam poteſtatem, quam jus Romanum
patri tribuit in filium amittat, tamen non amittit illius
patriæ poteſtatis fundamentum, quo ex naturæ inſtin-
ĉtu filius patri ad officia tenetur, cum id vinculum aliis
omnibus vinculis, putâ quibus tenetur pupillis, clienti-
bus &c. anteferatur. *Angel. lib.* 5. *Attic. noct. c.*13. Ad id pro-
bandum facit optimus textus *in Novel.*12. *c.* 2. ubi liberi
legitimi patris, qui deinceps inceſtas nuptias ſciens cõ-
traxit, ſolvuntur quidem vinculo poteſtatis patriæ: ſed
tamen quia paternam ſucceſſionem accipiunt, juben-
tur patri neceſſaria adminiſtrare. Ratio additur. Etſi e-
nim legum contemtor, & impius eſt, tamen pater eſt:
& adhuc igitur, ut inquit *d. L.* liberto, ejus perſona filio
ſancta videri debet: & per conſequens, licet ita banniti
vita proſcripta eſſet, ut hodie fit, in banno delicti, **daß
der Aechter / vnd ſein Leib vnd Leben jederman erleubet
wirdt:** tamen talis non vere, ſed per fictionem juris, ho-
ſtis dicitur, & nullo modo excuſaretur filius à crimine
parricidij, patrem ita bannitum occidens, cum alias ejus
delicti tanta habeatur atrocitas, ut etiam non conſuma-
tum puniatur. *l.* 1. *in fin. de Leg. Pompei. de parricid.*
Tertius † caſus eſt in eo, qui in diffidatione, ſive 87
bello civili alteram partem re, vel conſilijs adjuvat, cõ-
meatum importat, quo nomine meminerimus ante
paucos annos † Hamburgenſes à Regina Angliæ pro 88
hoſtibus habitos, & naves ipſorum captas eſſe, quod
commeatum & alia pro antiquo more commerciorum
maritimorum in ditiones regis Hiſpaniæ, cum quo illa
tum bellum gerebat, intuliſſent: idque Anglorum legi-
bus majeſtatis contineri autor eſt *Bodin. d. c.* 4. Si igitur
tale aliquid â patre geratur cum ijs, qui etiam Chriſtia-
ni ſunt, ut ab Hiſpanis ad Anglos vel alios Chriſtianos
qui tamen præcedente publicâ diffidatione bellum in-
vicem gerunt, tranſeundo adhuc dicendum, patrem
propriè hoſtem non eſſe: *l. hoſtes* 24. *de capt. & poſtlim. re-
verſ.* nec tali bello inter Chriſtianos captos in ſervitutem
redigi *l. ſi quis.* 21. *§.* 1. *eod.* Sed ex antiquiſſima conſuetu-
dine præſtitâ redemtionis pecunia, quam λύτρον Græci
nos hodie vulgo **Rantzon** appellamus, vel permutatio-
ne captivorum veniam recedendi impetrare. *Alciat. l. ho-
ſtes* 118. *de Verb. ſignif. num.*3. *Covar. in c. peccatum. part.* 2. *§.*
11. *num.* 9. *de Reg. Iur. in* 6. Itaque nec in eos jure belli ſævi-
endum, ac per conſequens etiam hoc caſu nulla ſatis
juſta cauſſa erit, quæ filium â parricidio excuſet, cum &
hic non niſi impropriè hoſtis dicatur.
Quartus † denique caſus eſt, cum pater perduel- 89
lionis reatum contraxit, verbi gratiâ: rempubl. hoſtibus
prodendo: Seditionem in Republ. concitando, aut a-
liud quidvis ad Imperij ſtatum moliendo. *l.* 1. *§.* 10. 11. *l.
ultim. ad Leg. Iul. majeſtat. ubi VVeſſenb. parat. num.* 5. *l.* 6. 7.
C. eod. ubi Cujac. in paratit. & ad Paul. lib. 5. *ſentent. tit.* 29.
maxime, ſi inde quid geratur cum hoſtibus Chriſtianæ
Reipubl. verbi gratiâ: Turcis, cujus generis transfugæ
patriam nobis omnibus communem hoſtiliter oppu-
gnantes in finibus Hungariæ & Croatiæ Pribecci appel-
lantur: talis pater etiamſi verè fiat hoſtis reipubl. *d. l. ho-
ſtes, ibidemque Dd. de verb. ſignif.* tamen adhuc dicendum,
niſi extrema defenſio hoc exigat, â filio impunè non
occidi debere: idque propterea, quia jus illud, quod pa-
renti parere nos jubet; vnde deſcendit, ut ejus perſona
nobis ſemper ſancta videri debet, jus illud inquã nimirũ
naturæ prius eſt & antiquius jure gentium, quo bella
introducta ſunt. In † univerſum autem verum eſt, infe- 90
riorem legem cedere ſuperiori.
Quintus † igitur & ultimus caſus eſt, cum pater 91
manifeſte perduellis, vel ad hoſtes Chriſtiani nominis
digreſſus venit ad patriam delendam, ad parentes & li-
beros interficiendos, (quæ verba ſunt *d. l. minimè* : &
† quidem cum effectu intelligenda) tum, ſi filius, pa- 92
trem occidiſſet, ſcilicet defendendo ſe, ut *in d. L. minimè*
rectè ſubaudiendo intelligit Accurſius, ſine ſcelere hoc
fieri intelligitur. Cujus rei ratio â Dd. quantum video,
non deprehenſa, hæc eſt, quod in conflictu juris natu-
ralis ea lex prævalet, quæ ſalutem Reipubl. concernit.
Iam vero hic â parte patris eſt lex naturæ, quæ filium
vetat aliquid in caput patris moliri: â parte filij conjun-
ĉtim militant, tum, cauſſæ favor, propugnatio nempe
patriæ (quam tamen ſolam ſufficere non puto) tum,
defenſionis neceſſitas, quæ itidem â natura eſt prodita:
*L.*3. *de juſt. & jur.* In hoc conflictu juris naturæ, ut filius ſe-
ipſum Reipubl. & ſe cum Rempubl. pro ea parte ſaltẽ,
qua defenſionis neceſſitate allatâ cogitur, ſervet, fit, ut
præceptum de pietate erga patrem ſit ſupremæ legi,
ſaluti nempe publicæ poſtponendum. Atque ita diſtin-
ctè explicanda ſunt ea, quæ contra Bartoli opinionem
diſputant tum veteres *Abbas in c. pervenit. de immun eccleſ.
Ripa in l. fin. C. de revocand. donat. quæſt.* 23. *Dec. in d. c. quia in
Eccleſiarum. n.*14. *tum, ex recentioribus: Fortunat. Gracia in d.
L. veluti* 2. *de juſtit & jur col.*1. *verſ. conſidera. Covar. in epit. decret.
de matr. part.* 2. *cap.*7. *§.*7. *num.* 8. *& in epit. de teſtament. c.* 16.

nu.13. ad quod facit etiam *l.1.§.1. & generaliter de Ventr. inſpic.* quæ ait, filium non tantum parenti, cujus eſſe dicitur, verum etiam reipl. naſci: quod ex Platonis Catone *Cic.1. de offic. retulit*: & cum aliorum autorum, in eandem ſententiam dictis transſcripſit *Stobæus ſerm.37.* & quo ſolo caſu ſententiam Bodini negantem indefinitè cum *d. l. minimè*, nos limitare oportet. Nec verendum eſt, ut hic ipſe caſus, de quo loquimur, pietati Chriſtianæ adverſetur; cum disertè & generatim dicatur: Deo magis obediendum eſſe, quam hominibus: *Actor, c.5. verſ.32.* Dei autem præceptum ſit: Ne occidas: nimirum, neque te, neque alios: & cum ordinata charitas à ſe ipſo incipiat; utique qui tali caſu occidere apertiſſimum perduellionem malit, quam ſe occidi, atque rempubl. ſuo præſidio denudari, is ne quidem contra divinum præceptum feciſſe fuerit exiſtimandus. Atque juxta hunc caſum intelligi & accipi debet, illud dictum à *Cicer. lib.3. offic.* quod huc allegant *Menoch. d. caſ.90. num.4. & Covar. d.c.16. num.3.* Quid? ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater? Silebit ne filius? Immò vero obſervabit patrem, ne id faciat: ſi nihil perficiet, accuſabit, minabitur etiam ad extremum: ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti pa-
93 tris. Vbi hoc † notandum, quod ait *Cic.* Si nihil proficiet filius monendo, accuſabit: id reſpicere haud dubiè ad veterum judiciorum publicorum ſolennitatem, ubi cuivis de populo, (utpote in quo ante mutatam Imperij formam jura majeſtatis erant) accuſare licebat: Ergo & filio; cum vulgo proditum ſit, patriam poteſtatem in ijs, quæ juris publici ſunt non attendi. Sed mutato hodie Imperij ſtatu & jure majeſtatis in Principem ſive Imperatorem Romanum translato, nimis inconſideratæ hinc Dd. noſtri ſuum illud axioma extruxerunt: in criminalibus nec patri nec patrono debitam reverentiam conſiderari: quod perinde eſt, ac ſi dicerent, in omni delicto, (hodie enim ſaltem conſuetudine fiſcus omnia ſibi vindicanda ſumit, atque ita pœna delicti regulariter non læſo, ſed reipubl. applicatur) vindicando licere filio patrem accuſare: atque alia quævis, quæ in iſto proceſſu judiciario per alios fierent, peragere, debi-
94 to pietatis & venerationis non attento: † cum aliàs ne quidem ulla famoſa actio, ne quidem in factum, filio contra patrem detur: *l. non debet de dol. l. apud Celſum. §. adverſus. de doli exc. Novell. 155. c.1. Bart. & Dd. communiter in l. 1. rer. amotar. l.1. §. interdum hoc. de vi & vi armat.* Vnde pro
95 † conſectario deducimus: contra parentem vi invadentem prædium filij, non eſſe locum remedio *l. ſi quis in tantum. C. unde vi.* ut rectè concludit *gloſ. ibid. Bartol. num. 9. Salic. col. 2. verſ. quinto quæro. Menoch. remed. 9. recuper. poſſeſſ. num.51.* cum actio inde deſcendens ſaltem de facto infamet: & huic ſententiæ quam communem fatetur & ſequitur *Ripa in c. ſæpe de reſtit. Spoliat. num.81.* fruſtra reluctantur *Alberic. Bald. & Angel. ibid.* præter ſupra dictum axioma moti generalitate *d. legis ſi quis*: cum tamen notiſſimum ſit generalem diſpoſitionem ſemper præſupponere habilitatem perſonarum, ut in noſtro caſu in ſpecie poſt *Ripenſ.* monet *Menoch. d. remed. 9. num.53.* Quin hæc etiam, quæ paulo ante de proprio & unico caſu *d. l. minime.35. de religioſ.* diximus ita, ut explicavimus, præciſe accipienda, neque temerè pro vitioſis cupiditatibus amplianda ſunt, ne, (quod graviter ſcribit *Bod. d.c.4.*) parricidis non modò veniam proponere; ſed etiam licentiam reliquis id audendi tribuere, eoſque ultro ad necem paternam ſpecie publicæ utilitatis, invitare videamur. Idem de alijs injurijs parentibus minimè inferendis dictum volo.

96 Nullo † modo igitur ferenda eſt limitatio, quam *Ripa in d. l. ſi. C. de revoc. donat. quæſt. 19.* facit, atque pro ſingulari refert *Gerard. in ſuis ſingularibus. ſing. 2. ſequitur Covar. d.c.16. n.12. in fin.* ut nimirum id, quod inter cauſſas exhæredandi filij primo loco refertur, ſi patri manus intulerit, *Novell. 115. c.3.* id locum non habet indiſtinctè, ſi filius ſeipſum defendendo, patrem percutiat: ad quod male adducunt *l. qui percuſſorem ad leg. Corn. de ſicar.* quippe cum hic habilitas terminorum deficiat. Summa enim affectio perſonarum præſumtionem hoc loco inducit, quod non occidendi, ſed caſtigandi animo, jure patriæ poteſtatis divinitus ſibi tributo, pater in filium utatur, ut à fortiori *ex l.5. §. fin. ibi*: quia non faciendæ injuriæ cauſſa: ad *Leg. Aquil.* rectè argumentari poſſumus: atque ideo pater etiam † caſtigando optimè conſultum velle 97
videtur: cum & alias de patris bonitate & amore erga filium lex ita multum confidat: ut patri adminiſtranti bona filij minoris alienare, ſine prætoris decreto permittat, ut late tractat, & communem eſſe teſtatur *Octavius Simoncellus tract. de decret. in alienat. bonor. minor. lib.3. tit. 8. num.9.* Itaque hæc præſumtio, niſi liquidiſſimis probationibus infringatur, ſemper faciet, ut etiam repercutiendo gravem injuriam patri filius intuliſſe, atque adeo propterea jure exheres ſcribi videatur *per d. Novell. 115. c.3. juncta l.1. §. ſi filius. de obſequi. par. & patr. præſtand. & juncta l. liberto. eod. tit.* quæ ſemper honeſtam & ſanctã perſonam patris & patroni filio & liberto videri debere tradit. Viciſſim autem tali caſu, quem *ad d. l. minime* ſupra expreſſimus, multo magis verum eſt, filium impunè occidi à patre. Inde tamen male Dd. confirmant vulgarem opinionem: quod pater filium exheredare jure queat, etiam propter alias cauſſas, quam quæ in *Novell. 115. c.1.* exprimuntur, nempe propter ſimiles cauſſas vel majores: ad quod utuntur exemplo hujus legis utpote ſi filius veniat ad delendam patriam. Male, tum enim exheredatione nihil opus eſt: cum talis filius jam ſit hoſtis, quo cum teſtamenti factio non eſt: itaque tali filio tacite præterito teſtamentum nullum erit.

De liberto unicum quoque adjiciamus. Is † igitur 98
etſi libertatem manumiſſione conſecutus eſſet, adhuc propter ingratitudinem revocari à patrono in ſervitutem poterat, etſi vindicta manumiſſus, adeoque libertatem ſolidam, quam vocat Plutarch. in Poplicola, juſtam & pleniſſimam quam vocat *Juſtin. in §. libertinorum. Inſtit. de libert. & in l.1. §. ſin autem ſocrm. C. de commun. ſerv. man.* hoc eſt, libertatem & civitatem ſimul adeptus fuiſſet: ut prorſus improbanda ſit quorundam traditio, qui putant, libertatem vindictâ datam ideo ſolidam appellari, quod taliter manumiſſi ingrati in ſervitutem revocari non potuerint, quod *Alciat. lib.3. c.14. ſylv. Aldobrand. ad d. §. libertinorum. num.21. Cujac. lib.10. obſerv.33. e autoritate. Cornel. Tacit. lib.13.* tradidere. Sed huic diſtinctioni obſtant multa loca legum & autorum, ubi indiſtinctè de revocatione libertorum ſcriptum eſt: ut *in l. ſi mulier. quod met. cauſſ.* ubi generaliter indicatur, libertam ingratam potuiſſe de ſtatu ſuo periclitari: & verba illa: *hunc metum ſibi ipſi infert.* rectè interpretatur Accurſ. ibid. quod non ſuccurratur ei beneficio reſtitutionis, quæ ſeipſam ſua culpâ in neceſſitate poſuerit, ſive in periculum ſtatus conjecerit. *ad d. l.6. de in integr. reſtit. ubi ipſe Cujac. paulò ante fin.* indiſtinctè beneficium hoc patrono ex *l. Ælia ſentia* datum tradit: & quod idem Athenienſes patronis dederunt, rectè notat, citato ad hoc *Val. Max. lib.2. c.1. add. eund. lib.5. c.3. circ. fi. ita indefinitè etiam loquitur Sueton. in Claud. c.25.* ejus Imperatoris temporibus ingratos, & de quibus patroni quererentur in ſervitutem revocatos; quod temporibus etiam Theodoſij Imp. duraſſe colligitur ex loco B. Ambroſij *in lib. de Iacob & beata vita. quem Cujac. ad d. l.6. in fi.* adducit, & qui itidem indiſtinctè loquitur. Ita libertatem, inquit, accepiſti, ut meminiſſe manumiſſoris debeas, ut patrono tuo noveris legitimum obſequium deferendum, ne ab ingrato revocetur libertas. Hæc ille. Et in ſpecie Conſtantinus *Imp. l.2. C. de libert. & eor. lib.* libertinum vindictâ manumiſſum, ſi ingratum ſeſe patronis exhibuerint, etſi poſtea pœnitentiâ dignum ſe præſtiterit, ut ei civitas Roma-

na red-

na reddatur: non prius vult beneficio libertatis frui, quã ſi hoc patronus ejus oblatis precibus impetraverit. Tot
99 igitur fide dignis autoribus aſſerere hoc malim: † quã ſolum Cornel. Tacitũ ſequi, *qui d. lib.* 13. quo deſcriptæ res geſtæ in Neronis tempora incidunt vindictã libertos non potuiſſe in ſervitutem retrahi: in quo aut falſus eſt, *ut ibid. in addition. ad Alciat.* & ſequi videtur *Coraſ. in prælud. l. frater.* 38. *de condict. indebit. num.* 31. *Frideric. Pruckm. tract. ſoluta poteſtas. c.* 2. *n.* 149. *in fi.* aut mos ille mox abditus eſt, ut de omnium libertorum ingratitudine extra ordinem agi cœperit: quod leges adductæ ſatis evidenter oſtendunt. In his igitur exemplis demonſtratum nobis eſt, perſonæ vocabulum voci patris & patroni additum ſignificare dignitatem illam, quam natura vel lex patri ac patrono tribuit. Et quidem apud Claſſicos Scri-
100 ptores eò extenſa eſt hæc ſignificatio, † ut quodvis ſchema, ſive habitum ſcenicũ quo hiſtriones ad repræſentandam hanc vel illam perſonam uterentur, perſonam etiam appellarent. Sic Neronem perſonatum tragædias cantaſſe autor eſt Sueton. in ejus vita c. 21.

101 Ad hanc ſignificationem accedere videtur id, quod Vlpian. ICtus *in l. fundi* 17. §. *item conſtat.* 9. *de action. empt.* emtioni villæ ait accedere etiã perſonas, ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet: ubi perſonas non ineptè parvas imagines interpretatur Accurſ. qui ſalientes vel ſilvani veteribus, vel etiam Tullij dicti ſunt, ut ex Feſto & alijs docet *Cujac. lib.* 11. *obſervat.* 2. *& lib.* 14. *obſerv.* 13. Roſtra autem haud dubie intelligit ibi Vlpian. prominentes ex illis perſonis ſive ſilvanis Siphunculos, ut vocat Plin. Iunior, quæ Varroni & Senecæ ſunt epiſtomia, unde aqua exilit: per ſimilitudinem ita dicta ab illis roſtris: quæ avibus pro maxillis natura dedit, ut poſt Ariſt. loquitur *Franciſc. Marius Grapaldus in lexico de partibus ædium lib.* 1. *c.* 9. & unde alias translatio fit, ad naves, quarum partes in prora exporrectiores & cunei in modum acutæ, Plutarcho ἔμβολα, latinis roſtra dicuntur: ſicut & Vitruvius in vecte lingulam, id eſt, eam partem, quæ ſub onus ſubditur & hypomochlio inſiſtit, roſtrum nominat: & Plinius vectem roſtratum, cujus lingula exporrecto acutiore ferro munita eſt.

102 Vltima † tandem & omnium digniſſima perſonæ ſignificatio eſt Theologorum propria; quam tamen & ICti quatenus ſub jure publico ſacra, incontaminata, & cura propagandi veri ſanctique cultus divini comprehenduntur, ſibi commodatum habent: cum dubium
103 non ſit, † magiſtratum Chriſtianum divinitus conſtitutum eſſe cuſtodem utriuſque tabulæ decalogi, unde & ipſi magiſtratus dij vocantur *pſalm.* 82. *v.* 1. Debent enim amplecti veram religionem, illi hoſpitium & halcyonia præbere & curare, ut pura, ac ſincera doctrina ad poſteritatem propagetur, exemplo Ioſuæ, *de quo Num. c.* 27. *verſ.* 18. 19. *& Ioſ. cap.* 3. *verſ.* 5. *& ſeqq. Davidis, de quo libr.* 2. *Samuel. c.* 6. *v.* 20. 21. *Pſalm.* 2. *verſ.* 10. 11. *Pſalm.* 24. *verſ* 6. 7. *Ezechia, de quo* 2. *Reg.* 18 *verſ.* 3. *& ſeqq.* & aliorum, quorum exempla imitati ſunt ex Romanis et Impp. Conſtantinus Magnus, Theodoſius, Marcianus, Iuſtinianus, & alij, quorum Conſtitutiones ſub *tit. Cod. de Sum. trinit. de SS. Eccleſ. de Epiſcop. & Cleric.* & alibi paſſim extant: &
104 † quorum ſancto ſtudio atque operâ Synodi illæ veteres & oecumenicæ convocatæ determinationem erroribus ſubinde Eccleſiam diſſipantibus dederunt: Sic Conſtantinus Magnus Synodum Nicenam 318. Patrũ, contra Arrium; Theodoſius Senior Conſtantinopolitanum I. patrum 150. contra Macedonium, Theodoſius Iunior Epheſinam, contra Neſtorium, Marcianus Chalcedonenſem 630. patrum contra Eutychen & alij alias ſynodos coëgerunt; etſi igitur magiſtratus in Eccleſia novas leges condere vetatur, *Act. c.* 4. *verſ.* 19. 20. *Gal. c.* 1. *verſ.* 10. tamen muneris atque officij ejus eſt, ſuis legibus divinas, heretico furore oppugnatas, confirmare. *arg. l.* 1. §. hanc legem ſequentes: & paſſim *tit. C. de ſumm. trinit.* & ejuſdem *tit. l.* 4. *ibi*: per noſtra præcepta ſtatuta ſunt. Oſtendit Synodos antiquitus coactas Imperatorum decreto, quod etiã ex actis *concilij Chalcedonenſis act.* 1. liquet. Vide præterea *Evagr. lib.* 2. *hiſtor. Eccl. c.* 18. *acta concilij Epheſini tom.* 1. *concilior. Socrat. lib.* 7. *hiſtor. c.* 33. & poſt alios multos autorem commonefactionis de officio ICti in diſſidijs religionis. Ita poſt † alios *Iuſt. noſter in l.* 5. *C. dict. tit.* 105
doctrinam Chriſtianam cujus fundamentum eſt fidelis agnitio Dei, ut patefecit ſe in verbo, in tribus hypoſtaſibus, quas perſonas dicimus, & una Deitate, ſua ſanctione contra blaſphemias hereticorum munijt: in qua & alijs ejuſdem *tit. ll.* perſona non eſt nuda relatio vel qualitas: ſed ὑφιστάμενον vel ὑπόστασις, eſſentia in ſe ſubſiſtens, ut loquitur Orthodoxa Eccleſia. Ea lex in vulgatis libris deeſt. Anton. Contius è Græcis primus reſtituit, correctiorẽ nuper dedit Leonclajus *lib.* 1. *paratit. antiquor.* quam, quia operæ pretiũ eſt, propter hujus etiã temporis ſcandala in corda omnium verè piorum infigi, ideò huc tranſcribere voluimus, *vid. in Leoncl. p.* 3. Illud verò ex ejuſdem *tit. l.* 4. *incip.* nemo clericus, obiter obſervandum, nemini † licuiſſe olim multitudine præſente de Chri- 106
ſtianâ fide contendere, & turbare populum: quod etiam conſtat ex *l.* 3. *& tot. tit. Cod. Theodoſ. de ijs, qui ſup. relig. & l. damnato* 6. §. 1. *C. de heret.* Nemo, inquam, ne clericus quidem, quem edicto contravenientem *d. l.* 4. Imperator deponi: militem cingulo & dignitate ſpoliari: cæteros, ſi liberi ſint ex urbe ejici, & pro arbitrio judicis caſtigari jubentur. Quæ conſtitutio etiam in actis *concilij Chalcedonenſis tit.* 3. extat.

Cujus † instituti ſaluberrimam rationem & ad ſecu- 107
ritatem vulgi, & ad ſeditionum civilium fontes reſtringuendos aptam, quin etiam cum præcepto *Apoſtolico* 1. *ad Tim. verſ.* 5. *&* 5. apprimè convenientem; Vtinam hæc tempora diligenter obſervarent. Melius profecto afflictiſſimam Chriſti Eccleſiam foris cum apertis hoſtibus: intus cum nequiſſimis hypocritis depugnans, haberet: major ſubditorum erga magiſtratus reverentia: omniũ inter ſe promtiora dilectionis officia eſſent: quæ omnia, (pro dolor) in contrariam pleriſque in locis agi bonis omnes non immeritò deplorant. Quia igitur præter querelas vix ullum remedium huic malo tam late graſſanti ſupereſt, niſi ἀπὸ μηχανῆς Deus ſuam Eccleſiam reſpiciat, placet hunc locum in querela ut graviſſimè ita veriſſimè à Gregor. Buchanano, in Iephtha ſuo ſcripta, concludere:

Nunc quo quis eſt è plebe fermè indoctior.
Auctoritatem aſſumit arrogantius,
Dijudicandi in rebus obſcuriſſimis:
Et pertinaci (quod ferè ignorantia eſt)
Animo tuetur digna ſuſceptum ſemel,
Nec interim æquo expendit examine, mala
An recta ſint, quæ pertinaciter tenet:
Sed cum inter omnes maxime cæcutiat
Cæcus videntes cæcitatis arguit,
Vt, cui peruſta febre fervent viſcera,
Amara cuncta credit, unuſque autumat
Se ſapere, cum deſipiat unus maximè.

RESPONSVM CXI.

Quæſtio.

An fœmina, finito luctu, ad ſecunda vota tranſeuntes, aliquam mereantur pœnam.

SVMMARIA.

1 Secundæ nuptiæ iure divino non ſunt prohibitæ.
2 Mortuo priore marito, mulieri viduæ nubere alii cui velit, nominatim & expreſſe liberum facit ius divinum.
3 Nuptiæ ſecundæ iuri naturali contrariæ non ſunt.
4 Non omnis maris & fœminæ coniunctio iuſta eſt, ſed ea tantum, quam lex probat.

5 Neque gentiam juri ſecundæ nuptiæ contrarientur.
6 Filii unica columna domus ſunt, non itidem filiæ.
7 Reipublicæ plurimum intereſt, conſervari familias.
8 Iure civili mulier primo marito mortuo, ſecundo nubere non prohibetur.
9 Quale tempus luctui præfinitum ſit mulieribus, ſecundo nubentibus.
10 Ratio prohibens ſecundas nuptias, conſiſtit in ſanguinis confuſione.
11 Textus juris civilis, quibus ſecundæ vel tertiæ nuptiæ dicuntur legitimæ.
12 Fœminæ quare progenitæ.
13 Neque jure canonico mulieribus ius intra annum nubendi eſt ſublatum.
14 Effectus prohibitionis ſecundarum nuptiarum.
15 Avarum genus mulierum, ad accipiendum potius, quam dandum proclive: & libidinoſum.
16 Secundæ nuptiæ fœminis permittendæ, ut â luxuria, & prohibita Venere ſibi temperent.
17 Pro affirmativa ſequuntur rationes & argumenta.
18 Non nuptiæ ſecundæ, ſed liberi exſtentes prædictarum pœnarum cauſſa ſunt, nec tam ipſi, quam neglectus eorundem in animo matris ſecundum maritum nubentis exiſtens.
19 Deciſio in contrarium adducta, ex jure divino deſumta.
20 Subſequentes cauſſæ, ob quas ſecundis nuptiis pœna imponitur.
21 Valerius Max de nuptijs ſcribens, ait, multarum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe.
22 Dictum Plutarchi io problem. itemque exemplum Muſcovitarum de ſecundo matrimonio: cum annexa conſtitutione quadam, cuius meminit Harmenop.
23 Determinatio iuris canonici, quid eo de jure reiteratis nuptiis ſentiendum.
24 Refutatio dubitandæ rationis, ex natura fœminarum deſumtæ.
25 Ampliationes & limitationes huius materiæ, cum ſimili rationis identitate.
26 Menander, Nullum maius malum noverca, ait, & Horatii ſenſum de novercali odio.
27 Charundas Sibaritis legem tulit, ut qui liberis novercam ſuperinduxiſſet, â conſilio Senatus & patriæ ſubmoverentur.
28 Secunda ampliatio, ubi huius l. 3. C. de ſec. nupt. diſpoſitio, ſimiliter in avo & avia obtinet.
29 Vulgatum Ariſtotelis axioma, quoties unum aliquod de duobus prædicatur, &c.
30 In æquiparatis idem ſemper eſt iudicium.
31 Tertia ampliatio de ſecundis & ſequentibus nuptiis.
32 Quarta ampliatio annectitur.
33 Quid brevi manu donatum cenſetur.
34 Quinta ampliatio, reliquis ſubiecta.
35 Mulier per ſecundas nuptias uſumfructum, ſub viduitatis conditione relictum amittit.
36 Sexta & Septima ampliatio: adiuncta limitatione prima.
37 Tralatitium, quemlibet favori ſuo pro ſe introducto renunciare poſſe: dum modo ſine præiudicio alterius fiat.
38 Quilibet de rebus ſuis ad ſe tantum pertinentibus libere diſponit.
39 Cautio fructuaria ab herede remitti, â teſtatore remitti non poteſt.
40 Limitationis ſecundæ & tertiæ ſubiectio.
41 Huius quæſtionis mens & ſententia Iuſtin. concluſivè.

Ex leg. 3. C. de ſecund. nupt.

AN fœminæ, propter ſecundas nuptias finito luctu contractas aliquam mereantur pœnam, difficilima & dubitationis plena eſt quæſtio: Pro negativâ ſententiâ multæ quidem dubitandi rationes moveri poſſunt: duæ tamen ex illis ſunt præcipuæ: Prima eſt: cum neque divino, neque naturali, neque gentium, neque civili, neque canonum juri; ſecundæ, tertiæ vel quartæ nuptiæ ſint contrariæ. Quæ autem contra jus non ſunt, injuria & delictum non ſunt, ac proinde pœnam mereri minime videntur: cum pœna ſine delicto, non magis, quam effectum proprium ſine cauſſa eſſe poſſit. Quodque ju-
1 ri † divino ſecundæ nuptiæ contrariæ non ſint, probat
textus expreſſus *Levit. 25. verſ. 5. Matth. 25. v. 25. Marci 12. v.* 19. ubi etiam ſeptimæ nuptiæ probantur. Summa hæc eſt: Diſtribuerat Dominus populum Iſraeliticum non in tribus duntaxat, ſed etiam in familias, in quibus cum primogeniti dominarentur, familiæ ex illis cenſebantur, ne in infinitum numerus illarum excreſceret Itaque ſtatutum & hoc erat, ut ſi primogenitus eo uſque vixiſſet, donec ducta uxore, caput eſſet familiæ, & habitantibus ſimul fratribus, conjugii adhuc expertibus, abſque maſcula ſobole decederet, frater ab eo proximus, ſimul in jus primogenituræ, in jus etiam matrimonij ſuccederet, ab eoque relictam viduam ſibi matrimonio jungeret: ita tamen, ut, liberi ex eo matrimonio ſuſcepti, de fratris præmortui nomine cenſerentur. Quemadmodum id latius explicat Beza, in tractatu ſuo de, *repud. pag. 56. 57. Reaſner. 1. Conſultat. juridicar. quæſt. 4.* Mandavit ergo DEVS ſecundas nuptias: quod ſi mandavit: quomodo prohibuit? quomodo pœnis dignas judicavit?
Probat † præterea id ipſum expreſſus textus 1. *Cor. 7. v.* 2
39. ubi D. Apoſtol. Paul. vxor, inquit, alligata eſt lege, quamdiu vir ipſius vivit. Quod ſi obdormiverit vir ipſius, libera eſt ad nubendum cui velit, tantum in domino. Quam B. Apoſtoli ſententiam interpretantes Hieronymus & Auguſtinus dictam libertatem pluribus verbis confirmant: *c. quinimo. 10. c. aperiant. 11. 31. quæſt. 1. hic in cap. penultim. & ultim. cod. de ſec. nupt. Donell. 13. Comment.*
19. circa fin. §. atque hæ perſonæ. Quod † naturali juri con- 3
trariæ non ſint, probat communiſſima naturę vis, omnibus animalibus inſita, quâ, ut ad individui, ita & ad ſpeciei conſervationem quodlibet illorum ducitur. Quæ ſpeciei conſervatio, quia naturæ conſentanea eſt, quomodo medium, quoad illam ipſius cõſervationem pervenitur, eidem conſentaneum non erit. Mediũ autem illud in homine eſt matrimonium, ipſo *Iuſtin.* teſte, *in princ. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* ibi, quod nos matrimo-
nium appellamus. Neque enim omnis † conjunctio ma- 4
ris & fœminæ juſta eſt, ſed ea tantum, quam lex probat: probat autem lex illam conjunctionem tantum, quæ conjugali affectioni eſt conjuncta: quæque matrimonium eſt & dicitur; nullam præterea. Neque ulla ratio eſt, quare ad primum matrimonium hæc quæ dicta ſunt, reſtringamus: Etenim medium una cum deſtinato deficere debet. Deſtinatum eſt procreatio ſobolis, medium eſt matrimonium: Quamdiu ergo ſpes procreandæ ſobolis ſupereſt: tamdiu matrimonio etiam locus eſſe debet. Et tam in naturæ principiis abſurdum eſt: ſecundas prohibere nuptias: quam abſurdum eſt, primas nuptias duorum, triũ vel quatuor annorum ſpacio definire, neque permittere; ut ad vitæ finem cum primâ uxore maritus, aut cũ primo marito uxor, vivat. Quod ſi per univerſam vitam cum primo marito, cum primâ uxore, licet vivere; quidni eo mortuo, cum ſecundo, & hoc viciſſim mortuo, cum tertio atque ita conſequenter vivere liceat.

Quod † præterea gentium juri ſecundæ nuptiæ cõ- 5
trariæ non ſint: probat familiarum conſervatio & favor, probat rerum publicarum utilitas Finge enim ex primo matrimonio tantum modo ſuſceptas eſſe filias: ſecundã
ducere non licet, abjecta eſt omnis familiæ ſpes: cũ † co- 6
lumna unica filij ſint: filiæ non ſint: Hæ enim maritorũ familiam ſequuntur; & ob id familiæ paternæ finis rectè dicuntur, *l. pronunciatio. 195. §. ſi ff de verb. Sign.* Conſerva-
ri † vero familias plurimum Reipl. intereſt: eoq; nomi- 7
ne multa etiam in familiæ favorem â Legum latoribus paſſim cõſtituta ſunt: de quibus hic dicẽdi locus nõ eſt.

Neque porrò † mulier jure civili, mortuo primo 8
marito ſecundo nubere prohibetur; ſaltem intra tem-
pus luctui definitum: quod olim † decem erat men- 9
ſium. *4. Harmenop. 6 Ovid. 1. & 3. Faſt. Valt. 1. IR. 19. num. 42.* (quibus cõſtabat Romuli annus *Macrob. 2. Saturn. 12. Valt. d. c. 19. a. 43 Con. 8. com. 7. a. 2.*) etiam tum, cum Iulia Miſcella lex rogaretur de qua *Novel. 22. c. 43. loquitur. Gothofr. in l. 2. C. de ſecũd. nupt Borch de grad. p. 80. 81. 118 & ſeqq* Poſtea vero anno duobus menſibus aucto, qui biſſiatus dicebatur, decem etiam mẽſibus luctui præfinitis duobus inſuper aucti ſunt. Idque Gratianus, *Valent. & Theodoſ*

primi

primo conſtituerunt, quorum conſtitutio deſcripta eſt
in l. 1. *C. Theodoſ. eod.* Plane ſi prægnans erat mulier, ſemper
tamen prædictum tempus erat expectandum, etiamſi
divortio matrimonium eſſet ſolutum: taliſque maritus
fuiſſet, qui majorum more non lugeretur. Neque hoc
caſu venia à Principe impetrabatur *l. 10. l. 11. ff. de his, qui
not. infam.* Si non prægnans erat, morteque ſolutum eſ-
ſet matrimonium, taliſque maritus fuiſſet, qui majorū
more lugeretur, tunc quoque expectandum erat tem-
pus prædictum: niſi vel in Monarchico Reipubl. ſtatu à
Principe, vel in Democratico à Senatu venia fuiſſet im-
petrata, *d. l. 11. ff. de his, qui not. infam. l. 1. & 2. C. de ſecund. nupt.
l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. Nov. 22. c. 43. Cujac. 16. & 60.*
10 *obſerv. 32.* Ex quibus † omnibus apparet, præcipuam
prædictę prohibitionis rationem in ſanguinis confuſio-
ne conſiſtere. Eamque aliæ etiam leges confirmant. Cur
enim Sponſi luctus nullus eſt: *l. 9. ff. de his, qui not. infam.*
nulla certe alia de cauſſa, quam quod per ſponſum ſan-
guis ſponſæ turbatus nondum ſit. Cur item uxoris lu-
ctus non eſt: *d. l. 9. de his qui not. infam.* Eadem de cauſſa
cum nec in hoc turbati ſanguinis metus ſuperſit: *Cujac.
9. obſervat. 17.* Quid ergo, ſi annus ſit elapſus; liberene
vidua ad ſecunda convolabit vota? Secundas equidem
nuptias civili jure permiſſas magis, quam probatas eſſe
putant *Vult. d. c. 19. n. 39. Cujac. in parat. C. de ſecund. nupt.*
11 Immò, juri † civili ſecundas vel tertias nuptias non re-
pugnare exactè probat *l. 1. 2. Cod. d. tit. de ſec. nupt.* ubi ſe-
cundum maritum appellant Impp. Quod ſi maritus eſt
ſecundus, utique & matrimonium eſt ſecundum Pro-
bat id ſuper *l. 8. §. 4. in fi. l. ſi conſtante 9. C. de repud.* ubi dici-
tur: Permittimus mulieri poſt annum nubendi faculta-
tem: Item, licebit mulieri poſt annum ad ſecundas nu-
ptias convolare. Neque ullus eſt textus, in quo injuſti
dicantur liberi, ex ſecundo vel tertio matrimonio nati.
Quod ſi juſti ſunt: ipſæ nuptiæ quomodo injuſtę dicen-
tur? Ex juſto enim non niſi juſtum, itemque ex injuſto,
non niſi injuſtum oritur. *Præterea l. Iul. Imp. quâ cælibes pu-
niebantur l. 1. 2. C. de infirmand. pœnis cælibatus l. quæret aliquis.
135 de Verb. Sign. Robert. 4. Sentent. 14. Alciat. 3. diſpunct. 3. con.
8. com. 1. Præterea l. 2. C. de indict. viduit. tollend. in qua Iuſtin. L.
Iul. Miſcellam* de *viduitate mulierum* latam ſuſtulit, iſdem-
que ad ſecundas migrare nuptias permiſit. Quibus le-
gis diſpoſitioni è diametro quaſi pœnæ ſecundarum nu-
ptiarum repugnant: eo quod & ipſæ ſpeciem quandam
indictæ viduitatis à Iuſtin. improbatam in ſe habeant.
Valdeque notandum eſt, quod *in d. l. 2. C. de ind. vid.* pro
fundamento quaſi correctoriæ ſuæ legis Iuſtin. ſubjicit,
12 dum ait Mulieres ad † hoc à natura eſſe progenitas, ut
partus ederent, maximamque eis cupiditatem in hoc
conſiſtere. Et paulo poſt, augeri rempubl. & multis ho-
minibus legitime progenitis frequentari oportere, &c.

Quibus conſentit, quod *in Novell. 2. c. 3. verſ. optimum. i-
dem. Iuſtin.* tradit. Fæminas, præſertim juvenes, ad nuptias
eſſe proniores, & contra fervorem naturæ, ipſi naturæ
reſiſtere non poſſe: eaſque ideo torquendas non eſſe,
ſed permittendum ijs, ut ad ſecundum maritum acce-
13 dant, & ab omni luxuria ſibi temperent. At † quid de
jure canonico? Per hoc ſimiliter nuptias iteratas proba-
ri ſatis ſuperque apparet ex *c. quomodo. c. aperiat. c. Deus. c.
quod ſi. 31. quæſt. 1. c. 2. extr. de ſecund. nupt.* uſque adeo, ut etiā
ante tempus à jure civili luctui præfinitum nubendi fa-
cultatem viduis permittat. *c. ſuper extr. de ſecund. nupt. Co-
varruv. de matrim. part. 2. c. 3. §. 9. n. 4.* An ergo indiſtinctè ab
omni pœnâ legali permiſſio illa juris Can. liberat? Benè
diſtinguunt poſt *Dd. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Bartol. in l. 11. ff.
de his, qui not. infam. Gail. 1. obſerv. 98. n. 8.* pœnas juris civilis
ſimpliciter in odium ſecūdi matrimonii appoſitas tolli,
qualis eſt infamia, non etiam appoſitas in favorem libe-
rorum ex primo matrimonio conceptorum. Quid am-
plius? tum etiam abrogatio Canonici juris deficit, ſi mu-
lier inhoneſtè vivat. *gloſ. in d. l. Liberorum. 11. ff. de his qui no-
tant. infam. Clar. in §. ſtuprum n. 6. Ant. Gabrielius, Roman. 3. cō-
cluſion. 8.* Nihil ne ulterius? Utique nec tum vel canonico,
vel civili jure ad ſecundas convolare nuptias licebit, ſi
partus incertitudo ex iiſdem metuenda ſit: quod tum
fieri videbitur, ſi ex defuncto marito venter exiſtat. Ubi
ergo leviſſima conceptionis ſeſe obtulerint veſtigia,
nullo nec divino, nec Can. jure ſecundas contrahere
nuptias viduis licebit. Licebit autem tum, ubi vel pepe-
rerint, vel gravidas ſe nō eſſe oſtenderint. *Neviſanus lib. 2.
C. Sylvæ nuptialis. n. 47. Vid. tamen Sichard. in rubr. n. 14. 15. 16.
de ſecund. nupt.* ubi negat, quicquā vel à Paulo, vel à Pon-
tifice hac in parte mutatum eſſe. an cum ratione? ipſi-
met judices eritis.

Altera † deinde dubitandi ratio eſt: cum per ejuſmo- 14
di pœnas nuptijs propoſitas, manifeſta delinquendi oc-
caſio inducatur. Etenim † avarum eſt genus mulierum, 15
& ad accipiendum potius, quam dandū: ad obligandū
potius, quam donandum proclive. *l. ſed ſi ego. 4. in fi. ff. ad
SCt. Vellejan. l. ſi à Sponſo. 16. ubi Gothofred.* Eſt inſuper libi-
dinoſum, & ad hoc natum, ut liberos ſuſcipiat & pro-
creet. *d. l. 2. C. de indict. viduit. tollend.* Metu itaque, ne quid
de ſuo amittant viduæ, per pecuniariam pœnam propter
iteratas nuptias ſibi impoſitam, ab iiſdem abſtinebunt,
interim explendæ libidinis cauſſâ, ſeſe proſtituent, &
ſcortationibus clam indulgebunt. Quod ne fiat pluri-
mum item reipubl. intereſt. Potius ergo pœnas ſecun-
darum nuptiarum ſi quæ ſunt, abrogari & remitti, quā,
quæ non ſunt, promulgari & irrogari oportet. *Petr. Gre-
gor. 9. Syntagm. 26. n. 26.* Hancque poſteriorem dubitan-
di rationem ipſe *Iuſtin. in d. l. 2. C. de indict. vid. toll.* ſuppedi-
tat, ubi dicit: Ideo † permittendas eſſe fæminis nuptias 16
ſecundas ut à luxuria; & prohibitâ Venere ſibi tempe-
rent.

Verum his & alijs dubitandi rationibus pro negativa
ſententia adductis & adducendis † non obſtantibus, 17
affirmativā *in l. 3. C. de ſecund. nupt.* ſecuti ſunt. Cujus ſen-
tentia ſive propoſitio generalis hæc eſt: Fæminas poſt
finitum luctū ad ſecunda vota convolantes, omnia oc-
caſione primi matrimonij quæſita perdere. Partes ſive
propoſitiones ſpeciales duæ ſunt: una: A marito quæſita
mulierem perdere: Altera: à liberis primi matrimonij
quæſita eadem amittere. Finge enim maritum uxori
propter nuptias aliquid donaſſe: finge eundem eidem
legatum dediſſe: finge eandem eundem heredem inſti-
tuiſſe: mortis cauſſa donaſſe; finge ab inteſtato uxorem
marito, in quartam, vel virilem portionem ſucceſſiſſe:
finge ex filijs matrimonii ſimiliter aliquid donaſſe, le-
gaſſe. Id omne, quale, quantumque ſit, perdere mulie-
rem ſecundo nubentem hoc loco dicitur. Ratio decidē-
di? quia delinquit. Ubicunque vero eſt delictū: ibi pœ-
nam etiam eſſe oportet. At quomodo delinquit mulier?
An quia ſecundo marito nubit? Nihil minus. An quia
per ſecundas nuptias liberos, ex primo matrimonio ſuſ-
ceptos negligere incipit? an quia propter liberos primi
matrimonij ſingula à marito donata accepit? Ita eſt. Idq;
ſolum Gratianus Valentin. & Theodoſ. Impp. *in hujus l.
deciſ.* ſpectarūt. Quibus eadem in ſententia conveniunt
tradita à Conſtantino *in l. lex quæ tutores circa fin. C. de
admin. tut.* ubi, fæminas immoderatas atque intempe-
rantes novis maritis non ſolum res filiorum, ſed etiam
vitam addicere dicit. Adeo ſcilicet effuſus ille erga ſe-
cundum maritum amor animos fæminarum dementat,
ut contra proprium, contra priorum liberorum com-
moda nihil non faciant, maximè à ſecundis maritis
perſuaſæ. Non ergo nuptiæ † ſecundæ, ſed liberi 18
exiſtentes prædictarum pœnarum cauſſa ſunt, nec
tam ipſi, quam neglectus eorundem, in animo matris,
ſecundum maritum nubentis exiſtens. *Nov. 22. c. 40. in
med.* Hancq; explicationem communiter approbant *Br.
in l. 1. C. de ſec. nupt. Innocent. Anton. de Butrio. & Canon. commu-
niter in c. fi. extr. de ſecund. nupt.* ubi addunt, minime odiū ſe-

19 cundo nubentium. Cui † deciſioni non obſtant in con-
trarium adducta. Ac primò quidem divinum jus quod
attinet, ut concedam, nō permiſſas modo, ſed approba-
tas etiam eſſe eo jure nuptias ſecundas, non video, qua
ratione illi repugnent, quæ ab Impp. hic deciſa ſunt. A-
liud quippe eſt, nuptijs ſecundis pænas infligere: aliud
liberorum neglectum punire: qui ut ab illis tanquā ab
efficiente cauſſa dependeat, ut etiam illas propter hunc
neglectum puniri dicamus: multum tamen intereſt, an
in ſe ipſas nuptias pœnā mereri dicamus, an p accidens,
quod eſt exiſtentia liberorum: eorumque neglectus. Et
20 revera non † niſi per accidens nuptias puniri ipſe negle-
ctus probat: qui nuptiarum ſecundarum accidens meri-
to dicitur: Qua conſentit, ſimulque cum nuptijs exiſtit
non per ſe: Per ſe enim ex ſecundis nuptijs exiſtit amor
inter viduam & ſecundum maritum: amor item erga li-
beros ex ſecundo matrimonio ſuſceptos: hiſque ſimilia
ſecundo amori conſentanea: per accidēs reliqua omnia.
Non ergo ipſæ nuptiæ in & per ſe puniuntur: non puni-
tur amor, quem fœmina erga ſecundum maritum, erga
liberos ex ſecundo marito ſuſceptos concepit: ſed con-
temtus liberorum ex primo matrimonio ſuſceptorum:
itē contemtus matrimonij, & mariti prioris, quē ille ipſe
amor ſaltem per accidens in ſe habet: *Nov. 22. c. 40. in pr.
c. 43. verſ. vos igitur*. Nihil ergo contra jus divinum ſtatuūt
Impp. quando pęnas ſecundis nuptiis irrogant. nihil ipſi
contra gentium jus hoc ſuo decreto proponunt: propo-
nerent vero ſi ipſas nuptias per ſe & ſimpliciter pœnis
ſubjicerent: Quod quidem tantū ab ipſis Impp. abeſt, ut
ne ullam quidem pœnam ſupereſſe velint, ſi liberi nulli
ſuperſint, quemadmodum expreſſe verba finalia hujus
legis id demonſtrant. Civile jus quod attinet negari nō
poteſt, permiſſas eſſe eo jure nuptias ſecūdas: Deq; per-
miſſione tantum allegati textus loquuntur. Approbari
vero eas ipſas leges ex Impp. ſive ijs, qui legis condendę
poteſtatem habuerunt, pernego. Neque ullus textus
eſt, ex quo approbatio nuptiarum ſecundarū probetur:
Quin potius multi textus ſunt, ex quib. refutari appro-
batio poteſt. Quid enim illud eſt, quod in hac ipſa lege 3.
matrem per ſecundas nuptias funeſtatam Impp. dicant?
Quid eſt, quod per opprobrium quaſi, *Iuſtinianus in Nov.
22. c. 40. in pr. item in Novell. 22. c. 43. verſ. vos igitur.* Mulieres
per ſecunda vota prius matrimonium, defuncti prioris
mariti memoriā, & denique filiorum caritatem neglige-
re adeoque animam defuncti mariti contriſtare dicunt?
Quid eſt, quod in *lege, his ſolis. 7. C. de revocand. donat.* tra-
ditur, matrē, quæ ad ſecundas tranſivit nuptias propter
ingratitudinem revocare non poſſe donationes prioris
matrimonij liberis factas, exemplo viduæ, quæ inhone-
ſtè vivit? Quid eſt, q *in d. Nov. 22. c. 23. in pr.* Liberi exho-
norati â matribus per ſecundas nuptias dicuntur. Sunt-
que hujus generis alia, quæ omnia hic enumerare nimis
futurum erat longum. Ac procul dubio optimis Impp.
prædicta ſcribentibus & ſancientibus in mentem venit,
21 quod † *Valerius Max. lib. 2. c. 1. de nuptijs agens ſcribit*. Multo-
rū matrimoniorū experientiā quaſi legiumæ cujuſdam
intemperantiæ ſignum eſſe. Hucq; animū & oculos cō-
22 vertens † Plutarchus Problē. 99. quid eſt, inquit, quod
publicis feſtis veteri more, virgines non nubunt, viduæ
nubunt? an quod virginibus decorum, viduis vero mul-
tis præſentibus fœdū nubere? felices namq; ac fauſtę pri-
mæ nuptiæ, ſecundæ vero triſtes ac deteſtandæ. Idē in-
tuentes Muſcovitæ ſecundum quidem matrimoniū cō-
cedunt, ſed vix legitimū putant: tertiam uxorē ducere
ſine gravi cauſſa non permittunt, quartā nec concedūt,
nec Chriſtianū ducunt: teſte Sigiſmundo Libero Barone
in Comment. rerum Muſcovit. Cui Muſcovitarū con-
ſtitutioni plane ſimilis eſt iſta conſtitutio, cujus meminit
Harmenop. lib. 4. tit. 7. qua pmittitur quadragenarijs, ſi nul-
los ex ſecundis nuptiis ſuſcepiſſent liberos, ad tertias ve-
nire, ad prolem habendā, ijs autē qui trigeſimū annū ha-
berent, patitur, etſi ex ſecūdis nuptijs ſuſtuliſſent liberos
propter carnis infirmitatē, quæ in juvenibus plerumq;
major eſt: quartas vero nuptias omnino improbat. Cō-
ſentiunt ijſdē *LL. Longobardicis Novell. Porphyrogeniti* de qua in
jure Orientali lib. 2. tit. περὶ πολυγάμων, qua prohibitū, ne quis
mas vel fœmina quarto ſe marito jungat. Quid † de jure 23
Canonico dicā? Hoc illudē permiſiſſe quidē nuptias ſe-
cundas, minimè vero approbaſſe in confeſſo eſt. Quid e-
nim eſt: quod *in c. de his. 8. 31. q. 1.* ex decreto Concilij Neo-
cæſarienſis pœnitentia ſæpe nubentibus injungitur, pro-
hibetur ve, ne præsbyteri ſecundis nuptijs interveniant?
Quid eſt, q *in c. fi. d. 23. c. 2. c. vi extr. de ſec. nupt.* benedictio,
ſecundas, vel iterataas, nuptias ineuntibus denegatur?
Quid eſt, quod *in c. acutius. c. deinde. c. fi. diſtinct. 26. cap. 1. 2.
3. & fi.* de bigamis nō ordinand. ad ſecunda tranſiens vo-
ta, ad ordines ſacros promoveri nequit: Quid eſt, quod
bigamū clericū percutiens in excommunicationis ſen-
tentiā non incurrat, aliter, quā ſi μονόγαμον percuſſiſſet? *c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. c. unic. de clericis conjugatis. in 6.
Gregor. 9. Syntagm. 26. n. 16.* quæ omnia ad eū finē allego,
ut oſtendam, minimè Impp. minimè Pontifices unquā
ſecunda vota probaſſe. Quod cum ita ſit, quomodo ci-
vili, quomodo canonū juri contraria ſtatuiſſe *in d. l. 3.* di-
camus. Et ſi maxime probata ab Impp. itemq; â Pontifi-
cibus ſecunda vota diceremus, nondumq; tamē vel exi-
gua ſaltē pugnantia inter ipſos & Impp. noſtros, quorū
hæc lex eſt, duci poſſet: cum non ipſis nuptijs, ſed contē-
tui liberorū prioris matrimonij hæ ipſæ pœnæ ſint pro-
poſitæ. Altera † dubitandi ratio ex fœminarum naturâ 24
refutatur: Etſi enim verū ſit, avaras eſſe mulieres, vix ta-
men in honeſtiorū animis præſertim, eo ſeſe avaritia illa
extendit, ut pecuniam ſecundis maritis pręferant. Quod
nec Conſtantino veroſimile viſum eſt, dū *in l. Lex quæ tu-
tores. 22. C. de admin. tut. circa fi.* tradit, mulieres novis mari-
tis nō ſolum res omnes filiorū; ſed & vitā ipſam tradere.

Venio † nunc ad ampliationes & limitationes. 25

Ampliatur primo legis hujus diſpoſitio, ut locū etiam
habeat in marito, ſi habeat liberos, & aliā uxorē ducat.
Eſtque hîc de re textus expreſſus *in l. generaliter. 5. C. de ſec.
nupt. hic.* quę lex eorundē eſt Impp. Valentiniani & Theo-
doſij, â quibus *h. l. 3. lata eſt: ſeq. Iuſtin. in Nov. 2. c. 2. Novel. 22.
c. 23.* Facit præterea argumentū *Novell. 127. c. 3.* ubi quod
de lucro mulierum ſecundo non nubentiū traditur, in
prioribus etiā locum habere dicitur. Facit tertio *d. Novel.
127. c. 3.* ubi marito & uxori in delictu æquali ſimiles im-
minere debere pęnas dicitur. Facit inſuper rationis idē-
titas, quæ perpetuā identitatem juris in ſe habet. Etenim
in marito, atq; ita in patre non minus, quā in matre de-
ſertionis filiorum ſuſpicio exiſtit. Quod ipſi etiā veteres
probarunt. Quorſū enim & unde illę de odio novercarū
querelę? niſi eas ipſa dictitaſſet experiētia. Bene † Menā- 26
der: *Δεινότερον ἄλλο οὐδὲ μητρυιῆς κακόν*, id eſt, nullum majus
malū novercâ. Bene item Horatius, Canidiæ venefice
odiū ſupremum expreſſurus ſignificantius, novercale id
nominat? Quid inquiens, ut noverca me intueris? Quo
odio nunquā gravarent ſuos liberos parentes, niſi de a-
more aliquid remitterent: ſiq; ita ante fecerunt, probè
amplius conſulerent. Recteque Diodoro Siculo teſte,
† Charundas Sibaritis legē tulit, ut qui liberis novercā 27
ſuperinduxiſſet, â conſilio ſenatus & patriæ ſubmoveretur:
nunquā ab eo exiſtimans patriā recta & ſalubria cō-
ſilia ſperare poſſe, qui liberis olim proprijs male conſu-
luiſſet. Hancq; ſententiā communiter Dd. receperunt:
quēadmodū eandem communem dicit & ſequitur Gui-
do Papa *deciſ. 228.* additque ſecundū eam in Parlamen-
to Gratianopolitano deciſum eſſe. Sequitur eandē *Bart.
Cepoll. caut. 302. Marian. Socin. conſ. 34. Sichard. hic n. 2. Gail. 2.
obſerv. 98. & Dd. paſſim. Gregor. 9. Syntagm 26. nu. 39.* Addit
Azo in Summa *n. 18. hic. d. tit. ampliat.* hanc cum temperamento
quodam accipi debere hoc modo ut valeat qui-
dem etiam pœna in marito, ſed cum hac reſtrictione, ne

exemplo

exemplo mulieris cautionem præſtare teneatur, quam
mulier præſtat ex diſpoſitione *leg.* 6. § 1. Inc propterea, cũ
inter patrẽ & filiumfamilias ea ſimiliter interponatur.
28 Secundo † ampliatur diſpoſitio hujus leg. ut in avo &
avia ſimiliter obtineat: ſi nepotes habeant, & ad ſecun-
das nuptias aſpirent. Nam hi ſimiliter nepotibus ſervare
tenentur, quod primi matrimonij occaſione quæſierũt.
Ratio hæc eſt: ſi enim in patre & matre prædicta pœna
locum habet, multo magis in avo & avia locum habere
debet. Ratio rationis eſt: cum hereditas filiorum magis
debeatur patri & matri tanquam propinquioribus, quã
avo & aviæ: *Nov.* 118. *c.* 2. *Authent. defuncto. C. ad Trebellia-
num.* Minus ergo parentibus adimendum quicquam vi-
debatur, quam avo & aviæ: At quia parentibus adimi-
tur, quidni & avo & aviæ. Habetque locum hic vulga-
29 tum † illud Ariſtot. axioma: Quoties unum aliquod de
duobus prædicatur: ſi ei ineſt, cui minus videbatur ineſ-
ſe, inerit & ei cui magis videtur ineſſe. Prædicatur hic de
patre & matre, de avo & avia pœna: & prædicatur ita,
ut appareat minus eam prædicari poſſe de parentibus,
quam de avo & avia. Cum ergo de illis prædicetur,
quo minus etiam de his prædicetur, nulla ratio impe-
dit. Ac cum hac ſententia tranſeunt *Matheſilan. tr. de ſucc.
ab inteſt. artic.* 2. *membr.* 1. *verſ. tertio quæro, ubi inſuper in arg.*
adducit *l. ſi quis ſervo. C. de furt.* Unde id ſaltem probatur,
30 in † æquiparatis idem eſſe judicium *ſeq. Sichard. hic n.* 3.
31 Tertio † ampliatur hujus legis deciſio, ut locum ha-
beat non modo in nuptijs ſecundis, verum etiam in ter-
tijs, quartis, quintis & ſeqq. Non ex ea ratione quod 3.
4. 5. ſecundæ nuptiæ dicantur, & ſint, ut communiter
tradidere *Azo in ſumma num.* 6. *hic. Forſter. lib.* 7. *de ſucceſſ. ab
inteſtat. cap.* 9. *num.* 4. *Sichard. in rubric. h. & in l. fin. num.* 1.
C. de inſtit. & ſubſtit. Sed quod tertiæ nuptiæ ad ſecundas,
quartæ ad tertias, quintæ ad quartas, & ſic deinceps eo
ſe habeant modo, quo ſecundæ ad primas ſe habere di-
cuntur. Ut enim primæ ratione ſecundarum favorabi-
liores ſunt, ut ſecundæ ratione primarum odioſæ dicũ-
tur, ita ratione tertiarum ipſæ favorabiles, tertiæ verò
ipſarum odioſæ dicuntur, & ſic in cæteris. Idque ita eſ-
ſe abſurditas contrariæ Impp. opinioni incumbens evin-
cit. Ponamus enim ex mente Interppr. 3. 4. 5. omnes ha-
beri pro ſecundis: quid ſequetur? Id profecto: tantum
ex primo matrimonio quæſita, per ſecundas nuptias a-
mitti: nihil amplius: Quî hoc? quia nimirum ſecundæ
nuptiæ nõ ſunt primæ: & quia id, q per ſecundas nuptias
iam dudum eſt amiſſum, amplius per tertias amitti ne-
quit. Suntque ſibi invicem contrarij interpp. quando
dicunt: extendi diſpoſitionem hujus legis *ad* 3. 4. *&* 5.
nupt. & per 3. 4. 5. nuptias pro ſecundis haberi. Si enim
pro ſecundis habentur, extenſio inutilis eſt: quia nihil
eſt, quod amitti amplius poſſit. Tum autem inutilis ex-
tenſio non eſt, ſi dicamus: Quemadmodum ſecundæ
nuptiæ ſunt privatio eorum, quæ primi matrimonij oc-
caſione ſunt quæſita, ita tertias nuptias privationem eſ-
ſe eorum, quæ in ſecundo matrimonio quæſita ſunt: I-
tem quartas nuptias privationem eſſe eorum, quæ occa-
ſione tertij matrimonij ſunt quæſita: & ſic in cæteris.
32 Quarto † ampliatur, ut non tantum locum habeat in
ijs quæ immediatè à marito vel liberis profecta ſunt, ve-
rum etiam quæ propter liberos, vel propter maritum
uxori aut propter uxorem marito ab extraneo aliquo
data ſunt. *Novell.* 22. *c.* 23. *in ſi. authent. in donatione. h. tit.* ut-
pote ſi quis ſponſæ meæ propter nuptias, quæ inter me
& ipſam præſentes iam ſunt, mei contemplatione ali-
quid donaret: aut viciſſim propter ipſam dotem mihi
conſtitueret. Quod enim mei contemplatione, meâque
gratiâ ſponſæ meæ daretur, id perinde eſſet, ac ſi à me
ipſi datum eſſet. Et viciſſim ſponſæ meæ nomine mihi
datum perinde eſſet, ac ſi ipſa mihi dediſſet. Propter
quod enim unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt:
itaque propter ſponſam mihi donans, magis ſponſæ
meæ, illaque deinde mihi donare videtur. Cum ergo
non tam mihi, quam ſponſæ, ipſaque tandem ſponſa ſi-
bi donatum † mihi per brevem quaſi manum donare 33
videatur, utique eo jure donatum cenſeri debet, quo
cenſeretur, ſi præciſe ab extraneo ipſi ſponſæ, mihique
deinde à ſponſa ſimpliciter facta donatio eſſet: Et per
conſequens cum ea, quę à ſponſa vel uxore donata ſunt,
inito ſecundo matrimonio amittantur, merito etiam ab
extraneo ſponſę vel uxoris intuitu marito, itemque ma-
riti vel ſponſi intuitu uxori donata revocabuntur.
Quinto ampliatur, † ut locum etiam habeat in uſu- 34
fructu, à marito uxori, vel ab uxore marito, abſtractâ
proprietate, per ultimam voluntatem relicto: de quo
eſt *text. expreſſ. in l. unic. tit. ſeq.* ſi ſecundo nupſerit muli-
er: ubi dicitur: ſi ſecundo nupſerit mulier, cui maritus
uſumfructum reliquit, eam ipſo uſufrui deſinere. Id-
que ex diſpoſitione illius *l. unic.* indiſtincte obtinet, ſive
pure, ſive ſub viduitatis conditione uſusfructus ille ſit
relictus. Cui temperamentũ Iuſtin. addidit *in Novel.* 22.
c. 32. ſtatuens, tum demum † uxorem ad ſecunda vota 35
tranſeuntem, uſufructu à priori marito, ultima volun-
tate relicto privari, ſi ſub viduitatis conditione relictus
ſit. Igitur ſi datus fuerit ea lege, ut ex ſecundis nuptijs
interiret, quod idem eſt, cum eo, ut durante viduitate
duraret, eademque per ſecundas nuptias, cum ſublata
viduitate periret.
Sexto † ampliat id Geil, ut habeat locum etiam in 36
viduâ, quæ luxurioſe vivit: *argt. l. fin. C. quand. mul. tut. off.
fungi poſſ.* ubi dicitur: quod mulier vivens luxurioſe, ęque
amittat tutelam ac tranſiens ad ſecunda vota.
Septimo, ampliatur, ut locum etiam habeat ta-
metſi liberi paternæ hereditati renunciaverint iuxta te-
norem *c. quamvis, de pact. in* 6. Dum enim hereditati re-
nunciant, non videntur quicquam cogitare, vel cogitaſſe
de hac ipſa pœnâ, quæ ſub facultate ſuccedendi nõ con-
tinetur, neque ullâ ex parte illi analoga eſt, & propterea
vel propter rationis identitatem, vel paritatem ſucceſ-
ſionis renunciatio hujus etiam commiſſi, de quo hic tra-
ctamus renunciationem implicare poſſit: Beneque *Br.
in l. qui Romæ.* 122. *§. duo fratres in* 6. *quæſt. de Verb. obligat.*
Quamvis ait, renunciatio totius juris, quod quis habet,
trahatur ad jura futura, nihilominus tamen intelligitur
renunciatio illa de jure, quod renunciatus habere ſpe-
rat, ex aliqua cauſſa de præſenti ſubſiſtente per *l. quod Ser-
vius. ff. de condit. cauſſ. dat. l.* 1. *de ſtatu lib. l. ſi mihi. ff. de ſervit. ru-
ſtic. præd.* Alias ampliationes tractant *Sichard. hic num.* 8.
Geil. 2. *obſerv.* 98. *& alij interpp paſſim.* Limitatur porrò hęc
lex 1. ut locum non habeat, ſi nuptiæ ſecundæ ex libero-
rum voluntate contrahantur. *Forſter. lib.* 7. *c.* 14. *num.* 1. 2.
Geil. d. obſerv. 98. *num.* 19. Cum enim in favorem libero-
rum pœna hæc ſit introducta, quo minus hiic renuncia-
re poſſit, nihil impedit: Tralatitium † quippe eſt: ſuo 37
quemlibet favori renunciare poſſe, dũmodo ſine pręju-
dicio alterius id faciat. Etſi autẽ id q de conſenſu libero-
rum dicebã, alij ad mariti conſenſum etiã porrigant, ita
ſcilicet, ut impune uxor ad ſecunda vota tranſeat, ſi id ei
maritus in extremis forte cõſtitutus permittat: & *Geilus
d. obſerv.* 98. *n.* 18. *Bald. in l.* 1. *d. tit. noſt. C. de ſec. nupt. Franc. Cre-
monenſ. Singulari* 72. *Sichard. hic d. n.* 8. *in §.* 1. *n.* 5. *probatum eunt.*
Aliud tamen eſt in marito viſum à *Forſtero d. lib.* 7. *c.* 13.
n 4. 5. 8. Etenim quemlibet † de ſuis tantum rebus ad ſe 38
pertinentibus diſponere poſſe, juris eſt manifeſti: *Auth.
ingreſſi C. de SS. Eccl.* Atqui ſi mater ſecundo nupſerit, res
illæ, quas conſecuta eſt à viro, nõ amplius ſunt, vel ipſius
mariti vel matris ſed legis diſpoſitione devolvũtur ad li-
beros. Ergo de illis diſponere pater neutiquã poteſt. Et p
conſequens, nec permittere, ut impune illa nubat. Facit
præterea, cũ jus hoc privãdi ſecundo nubentẽ rebus pri-
mi matrimonij occaſione acceptis, nõ favore mariti pre-
defũcti, ſed liberorũ favore introductũ ſit. Id ergo inſtã-
q ad ſe minus pertinẽs ut ſuũ remittere, atq ita liberis et.

iam invitis præjudicare nullâ ratione, nulloque jure ipſi
39 licebit. Quemadmodum in ſimili de † cautione fructuariâ idẽ alibi traditur: eam ſcilicet ab herede remitti poſſe: à teſtatore remitti non poſſe. *l. 51. C. de Epiſcop. & cleric. l. 29. C. de pact. l. 1. C. de uſufr. l. 2. l. ſcire. 7. C. ut in poſſ. legat. l. ſi pecunia. 6. ff. eod. l. poteſt. 7 l. quod bonis. 15. §. 1. ad l. Falcid. And. Punel. in l. c. part. 2. n. 75. 76. C. de bon. mater. gloſ. in d. l. 1. C. de uſufr. Bart. ibid n. 11. Sal. n. 4. Sichard n. 7.*
40 Secundo † limitatur hæc lex: ut locum habeat eo ſaltem caſu, ſi liberi extent: *text. in fi. hic. gloſ. Sich. & Dd. communiter hic, auth. ſed ſi quis. infr. hoc tit. Nov. 2. c. 2. Nov. 22. c. 26.*

Tertio limitatur, ut locum non babeat in uſufructu earum rerũ, quarum proprietas per ſecundas nuptias amittitur. Is enim ſecundo nubentibus remanet, text. hic ubi poteſtatem habent fruendi. Quæ verba, cum adeo expreſſa & perſpicua ſint neſcio, quid animi fuerit, Interpp. ut dubitarent uſumfructum etiã ante Iuſtin. hac lege penes ſecundo nubentes manſiſſe: neſcio etiam quid animi fuerit Petro antiquo Gloſſatori, qui fruendi vocabulũ ita explicavit: quaſi idem ſignificet, quod non transferre in perſonam extraneam: Quem ob id merito reprehendit Azo hic. Neſcio denique quid animi fuerit alijs interpp. ut ſtatuerent, contra tam expreſſa legis hujus verba, proprietatem manſiſſe penes uxorem ſecundo nubentem: movere equidem ipſos nõ potuit aut debuit poteſtas de ijſdem rebus iam per ſecundas nuptias amiſſis teſtandi, quæ amittentibus ſuperfuit. Etſi enim regula generalis ſit: Neminẽ de alienis rebus teſtari poſſe: *auth. ingreſſi. C. de SSt. Eccl.* Etſi etiã nullus alius in jure locus ſit, quo probetur: De alienis rebus teſtari quẽ poſſe, contrà quàm pleriſque videtur: quid tamen impedit, quo minus in hoc caſu ſpecialiter id obtinere dicamus: maximè cum expreſſa legis verba id dicant; & cũ Impp. ita placuerit: quæ voluntas ſufficit: Neque opus eſt, ut ſcrupuloſe vel philoſophicas vel alias hujus rei rationes quæramus. Quemadmodum viciſſim cum *Iuſtin. in Novell. 22. c. 25. & in Authent. lucrum h. t.* id ipſum abrogaverit prohibens, ne quod commune eſt ipſo jure omnium liberorum, mater uni addicat, cæteriſque hoc ipſo præju-
41 dicet. Si quæratur, † quare id Iuſtin. fecerit, dicam. Quia Iuſtiniano ita placuit: Si quæratur ulterius, quare ita placuerit, dicam, quia iniquum videbatur: Id quod ipſo jure omnium erat liberorum uni tribuere dicam: quia mater de alienis rebus teſtari non debuit. De alijs limitationibus agunt *Sich. hic n. 6. & paſſim Dd.* quas brevitatis cauſſa non attingo.

CONSVLTATIO CXII.

Quæſtio.

An, desertâ animo poſſeſſione, prædium, juſto decreto alienatum & venditum, à minore, iam matore facto, revocetur?

SVMMARIA.

1 Status controverſiæ proponitur.
2 Ex decreto iudicis alienatio bonorum decerni, traditio fieri, atque inveſtitura concedi poteſt.
3 Soluto eo quod debetur, liberatur debitor, & n. ſeq. ſub fi.
4 Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habet.
5 Nemo decipi alterius verbis reſponſioneve debet.
6 Non licet in alterius præiudicium voluntatem ſuam mutare.
7 Principis præſentia iuris ſolennitatem ſupplet in teſtamento coram eo facto.
8 In diſtractione rerum debitoris præferuntur agnati.
9 Confirmatio non plus operatur, quam confirmabile.
10 Scientia & confirmatio principis actui accedens, omnem ſolennitatem ſuperat.

SPECIES FACTI TALIS EST.

1 Nobilis † quidam in Ducatu N. qui non ſolvendo fuit, creditoribus ceſſit ſuum prædium, in quo cedentis gener habuit hypothecam, ratione dotis uxoris ſuæ demortuæ, quam nondum acceperat. Idem prædiũ quoque fuit per Conſenſum expreſſum, quem vocant hypothecariũ pupillo debitoris cedentis, qui cedens inſuper alijs chirographarijs plurib. obligatus fuit. In cõcurſu creditorum de prælatione diſputatum, & per ſententiam prioritas genero cedentis adjudicata eſt, cujus vi, jure immiſſus eſt in prædium. Reliquis autem chirographarijs urgẽtibus ſolutionem multoties citavit Præfectus creditores cedentis, ut res expediretur, & ſolutio quantum fieri poſſet, ſingulis contingeret. Sed curator pupilli vel minoris nunquam comparuit: inde debiti controverſi ratio gravior eſſe cæpit, nec chirographarij diutius quieſcere voluerunt. Quia autem multorum annorum fuit ea controverſia, interim legitimam ætatẽ implevit, & multis annis ſuperavit minor, qui etiã uxorem duxit & major jam factus affirmando dixit, ſe nihil curare ſterilem illũ agellum (Er fragt nichts nach dem ſchandtw.) atque ita animo deſeruit poſſeſſionem iſtius prædij, in quam venit invito curatore.

Tandem cum creditores indeſinenter urgerent ſolutionem, re deliberatâ à Præfecto & Aſſeſſoribus Provincialibus decreta eſt alienatio, & venditio prædij ceſſi, ad quam venditionem diſtinctis vicibus à Præfecto citati ſunt creditores; ſed pupillus iſte vel minor, & curator ejus nunquã interfuerunt. Ne igitur diutius differretur
res tandem creditores judicibus † approbantibus & de- 2
cernentibus unanimi conſenſu vendiderunt prædium genero cedentis; cui traditio facta & inveſtitura conceſſa eſt: (Es iſt jhm daß gut im Ampt vorm Herrn Landes-Hauptman / in gegenwertigkeit der H. Königlichen Manntrechtſitzern von den Creditoren auffgelaſſen / tradiret, gelichnet / vnd ein Lehnsbrieff vnter des Ampts groſſem Inſiegel darüber gegeben worden) Emtor ẽ veſtigio poſtquàm contraxit cum creditoribus ſoceri ſui cedentis, depoſuit & obtulit minori debitum ſuum nimirũ ſex millia talerorũ: quæ cum nollet recipere, depoſuit in curia provinciali, ubi adhuc reſervantur. Re nõ amplius integrâ, oppugnare iam nititur minor cõtractum; prætendens defectus quoſdam in materialibus & formalibus; & longo intervallo poſt, non monitus, depoſuit ipſe quoque eodem in loco debitũ emtoris. In materialibus vitiari contractum ait propterea: quod nimitum oblata ſit emtori pecunia: & prædium iſtud tantum pro modo, menſurâ & quantitate debiti fuerit oppignoratum emtori: ac proinde per iſtam oblationem expiraverit omne illud jus, es ſey daß hülffrecht ipſo jure erloſchen: ſoluto † nimirum eo, quod debetur. Deinde chi- 3
rographarios vendere nihil potuiſſe, cum eos præceſſerit minor hypothecarius: cui ante reliquos omnes ſatisfaciendum ſit. Nemo † autem plus juris in alium trans-
4 fert, quam ipſe habet: *l. 54. ff. de reg. Iur. l. 120. eod. c. nemo 79. de reg. jur. in 6.*

In formalibus plures defectus allegat; propterea, quod non fuerint obſervata requiſita legis patriæ (nimirum der Policey-Ordnung) in iſta venditione, in quâ nec ſubhaſtatio, nec licitatio, nec taxatio intervenerit. Itẽ, quod minor, aut ejus curator ſuum jus Præfecto non reſignârint; neque ſpecialiter citati ſint.

Ad primam oppoſitionem reſpondet Emtor; non vitioſum eſſe contractum in materialibus, propterea, quia ſtatum in primo ingreſſu contractus depoſuerit minor pecuniam. Hoc igitur caſu, cum debitum ſuum receperit, vel ſaltem cõſequi potuerit nõ potuit impedire diſtractionẽ pignoris: ſoluto igitur eo, quod debetur, liberatur debitor; *ex princ. Inſtit. quib. mod. toll. obligat.* liquet. & cum creditoribus non obſtiterit amplius ejus jus, tutò & licito vendere ac transferre etiam potuerunt ea, quæ habuerunt.

Ad ſe-

Ad ſecundam oppoſitionem de defectibus in formalibus reſpondetur primo: Allegationi defectuum ſolennitatis locum hoc caſu nō eſſe, cum minor nullum probabile intereſſe prætendere poteſt, oblata ipſi ſolutione reali. Intereſſe autem tale prætendit minor: quia dicit, Curator meus nullam mihi rationem adminiſtrationis tutelæ vult reddere, prinſquam rurſum in poſſeſſionem illius prædij veniam. Cui objectioni reſpondet Emtor, Tu invito Curatore involaſti in illud prædium, quod poſtea, jā factus major, deſeruiſti. Et adhuc dicit, & dixit decies in der necſten verhör: ſe nihil curare, ſive prędiū ſive pecuniā nanciſcatur, dūmodo ſibi ſatisfiat. Nemo
5 itaque † decipi alterius verbis, reſponſione ve debet. Si dixerit, ſe nolle emere, videtur conſentire, ut alteri vendatur, aut certe venditionem nec impedire, nec revocare poteſt *per l. qui Romæ. §. coheredes ff de verb. obligat. l. ultim. C. de jur. Emphyteut. & hanc ſententiam probat text. in c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inveſtitura ibi*: Non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alii ea vendere niſi tibi vel alij proximiori, pro æquali pretio accipere
6 volenti. Et cur † liceret voluntatem ſuam in alterius præjudicium mutare? *l. nemo. ff. de reg. iur.*

2. Quia ſolennitates iſtæ requiſitæ potiſſimum in favorem debitoris introductæ ſunt. Ergo non eſt, quod urgeat eas minor.

3. In decreto judicis & aſſeſſorum facta hæc eſt alie-
7 natio. Sicuti † autem præſentia principis omnem ſolennitatem longe ſupplet in teſtamēto coram eo facto: neque opus eſt alijs ſolennitatibus de jure requiſitis: *l. 19. C. de teſtament.* ſic & hoc caſu in curiâ provinciali, Regē Bohemiæ repræſentante, omnia juſto ordine, & legitimè juxta æquitatem geſta fuiſſe præſumitur.

4. Quia à die contractus, uſque ad confirmationem interceſſit integrum ſemeſtre, nec unico verbo contradixit minor. Nec in licitatione præferendus, quia obſtat
8 ei l. 1. §. 4. & quæ ibi tradunt Dd: quod † nimirum in diſtractione rerum debitoris præferantur agnati. Iam autē emtor habuit anteriorem hypothecam ratione dotis: & ex filiâ cedentis ſuſcepit filiam adhuc ſuperſtitem, cui debentur millia, ratione bonorum maternorum.

Adverſarius opponit *l. dudum C. de contrahend. emt.* ibi, gravis videtur hæc injuria: Vltimoque argumentatur.
9 Confirmatio † non plus operatur, quam confirmabile. Hæc autem venditio nulla. Ergo nec confirmatio valida E. neuter &c. Verum reſpondetur: hæc confirmatio cum cauſſę cognitione facta, (verba ſunt clara im lehnbrieff / ibi auff vor gut anſehen der Herrn Königlichen Mannrechtſitzer) plus operatur, quam confirmabile, & ſupplet omnem ſolennitatis defectum, quia ex ſcientiâ
10 facta. Scientia † vero & confirmatio principis actui accedens, omnem ſolennitatem ſuperat: *l. omnium. 19. C. de teſtament. l. 2. ff. de reb. eorum.* Non ergo eſt, quod moveat minor. Et de hac re plenius videatur *VVeſſenbec. tract. ſive Conſil. part. 4. conſ. 153. n. 15. 16. & 23.* ubi remiſſive plura.

CONSVLTATIO CXIII.

Quæſtio.

An poſterior ceſſio verbalis priori reali præiudicet?

SVMMARIA.

1 Species facti.
2 Factum non præſumitur niſi probetur.
3 Actore non probante, abſolvitur reus.
4 Præſumtio pro creditore & fidejuſſore eſt, ſi à debitore ipſi cedatur jus, quod hoc ius ceſſum. ipſi ceſſionario poſſidenti, & non alteri proſit.
5 Nemo iactare ſuum præſumitur.
6 Creditor ſive fidejuſſor eo ipſo damnum ſentire præſumitur, cum creditum erga unum, ſive indemnitatem ab uno præſtitam in plures partitur.
7 Imo plenius facto, quam verbis transfertur, factaque verbis anteponuntur.
8 Facta præſumuntur vero proximiora, quam nuda vocabula.
9 Traditio inſtrumenti eſt loco ceſſionis, immo ipſiſſima realis & pleniſſima ceſſio, idem & n. 40. ſub ſi traditur
10 Adeo, ut tradens inſtrumentum intelligatur tradere poſſeſſionem rei in inſtrumento comprehenſæ.
11 Voluntas factis æque declaratur ac verbis.
12 Plus eſt facere, quam pronunciare, vel ſcribere, immo plus eſt facere facto, quam verbo.
13 Factum eſt potentius ad interpretationem voluntatis, quam ſunt verba.
14 Inſtrumentum tradens, ius in eo contentum tradere videtur, indeque poſſeſſionem illius rei.
15 Poſſeſſionis cauſſam mutare ſibi nemo poteſt.
16 In poſſeſſore, etiam putativum titulum habente, bona fides præſumitur.
17 Traditione chirographi, omne ſuum ius in alium transferre eamq. obligationem de manu in manum tradere videtur.
18 Ceſſio legitima reſultat ex traditione, quæ alteri fit indemnitatis cauſſa, in eum caſum, quo indemnitas neceſſaria eſt,
19 Ceſſio poſſeſſionis abdicationem præſupponit.
20 Conjecturæ omnes in contrarium ceſſant, quando de veritate actuum conſtat.
21 Confeſſio geminata, vim habet confeſſionis in iudicio factæ
22 Verba de actu immediato, non mediato vel mixto intelligi debent.
23 Verba indefinita, æquipollent univerſalibus.
24 Inſtrumentum ex intervallo factum, maiorem arguit ſuſpicionem.
25 Illa præſumtio, quando quis in continenti non præſumitur facere contraria levis eſt, ſi aliæ non concurrant.
26 Conjecturæ & præſumtiones ceſſant, quando de veritate actuum conſtat.
27 Actionum ceſſio clam & occulte facta, præſumitur ſimulata & ficta.
28 Et in ſpecie contractus ſeparatim facti cenſentur occulti: & ad cautelam tegendi facinoris adhibiti.
29 Inſtrumentum, quod diu fuit occultatum, præſumitur ſimulatum.
30 Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
31 Ceſſionario, neque confeſſio, neque tranſactio, nec pactum, nec aliud factum cedentis poſt ceſſionem nocere debet.
32 Quo plus cautelæ in ſimulatis contractibus componendis & ſalvandis adhibetur, eo maior fraudis ſuſpicio arguitur & detegitur.
33 Factum adhibitum in eum finem, ne alter contrahentium dicat contractum ſimulatum, arguit maiorem ſuſpicionem.
34 Ad detegendum contractum ſimulatum ſufficiunt conjecturę.
35 Inſtrumenti productio aliter fidem non facit de mandato actoris, niſi doceatur, quid devenerit cum bona voluntate domini ad detentorem, etiam, in eo, qui aperitur nomine proprio.
36 Non pręſumitur quis allegare, aut dicere contraria, indeque in dubio id potius, quod certum eſt, ſequi debemus.
37 Benigniora ſemper in dubiis ſunt ferenda.
38 Actus dubius ita explicari ac intelligi debet, ne ex eo reſultet delictum.
39 Incluſio unius, eſt excluſio alterius: & inducta ad unum finem, non debent operari contrarium.
40 Inducta ad augmentum & favorem, non debent retorqueri ad odium, vel operari diminutionem.
41 Pręſumtionibus vel conjecturis in rebus certis locus nō eſt.
42 Ex nuda & ſola poſſeſſione rei, vel inſtrumenti bona fides non præſumitur, nec inde alicui ſtatim datur actio, multo minus exactio.
43 Poſſeſſor conventus replicat: ego quo ad te. liberas ædes habeo.
44 Ex curſu decem annorum præſumitur oblivio.
45 Decennium dicitur longum tempus ex communi Dd ſententiâ.
46 Oblivio præſumitur in eo, qui occupatus eſt re familiari, aliiſque negociis.
47 Qualitatis perſonarum ratio habenda eſt.
48 Pro hac quæſtione Pragæ ab Imperatore, ex Conſilio Prudentum negativè reſponſum eſt.

FIGVRATIO CASVS.

Titius & Sēptonius † fidejubent pro Cajo, Cajus Titio fidejuſſionē ſine cautione, oder ſchadloß verſchreibung recuſanti cedit chirographū 700. fl. ſibi debitorū 1

ab alio, ſitque ceſſio hæc menſe Februario, & quidē So-
li Titio, abſente Sempronio: poſtmodum menſe Aprili
fatetur, ſe in gratiam & commodum utriuſque fidejuſ-
ſoris ceſſiſſe. Quæritur quid juris: An nimirum ceſſio
2 facta ſit utrique? Quæſtio eſt facti, † quæ non præſumi-
3 tur, niſi probetur: *l. 2. ff. de jur. & fact. ignorant.* adeò, ut † a-
ctore non probante, abſolvendus ſit reus: *l. 23. C. de pro-
bat.* cum, facti negativa probatione opus non habeat. *l.
10. C. de non numer. pecun.*

Pro Negativa faciunt argumenta ſequentia.

4 I. Præſumtio eſt pro † creditore & fidejuſſore, ſi à
debitore ipſi cedatur jus (ein Recht Brieff vnd Siegel)
quod hoc jus ceſſum ipſi ceſſionario poſſidenti proſit, &
non alteri, quodq; ex capite ſimulati contractus diſpu-
tari de eo non poſſit: daß ſolch abgetretten Brieff vnd
Siegel jhm zuſtatten komme/ vnd nicht könne geſochten
werden ex capite ſimulati contractus: *l. per diverſas. ibi: bu
quaſcunque C. mandat. Anton. Gabriel. lib. 2. commi. concluſ. tit.
de actionib. concl. 5. n. 7. Franciſc. Aretin. conſ. 136. colum. 2. Me-
noch. 3. præſumt. 129. n. 11. 12.* Ratio eſt evidens: quia acci-
pit pro ſui mutimine & tuitione, nempe, ſi damnum ex
fidejuſſione patiatur: *d. l. per diverſas. & in terminis notat.
Paul. Caſtrenſ. ibid. col. penult. Gabriel dict. concluſ. 5. nu. 8. Andr.
Alciat. reſponſ. 124. n. 5.*

II. Non præſumitur Titius pro alio recipere cautio-
nem & ceſſionem, ſeque ipſum in effectu fraudare: cum
5 † nemo jactare ſuum præſumatur: *l. cum de indebito. princ.
ff. de probat. Marſil ſing. 57. Dec. conſ. 350. col. 2. Aym. Gravet.
conſ. 77. num. 13. & conſ. 106. n. 11. & conſ. 142. n. 26. Menoch.
1. præſumt. 18. n. 13. & 3. præſumt. nu. 122. nu. 54. & lib. 6. præ-
6 ſumt. 27. num. 9.* Eo † autem ipſo creditor ſive fidejuſſor
præſumitur ſentire damnum; cum creditum erga unū,
ſive indemnitatem ab uno præſtitam in plures partire-
tur; *l. & ancillarum. §. fin. de pecul. l. iam tamen. §. ſi tamen. ff.
judic. ſolvi. l. commodato. §. duabus. ff. commod. Luc. de penna in l.
3. præſumt. 94. C. de apoch. publ. lib. 10. Mathefilan. notab. 115.
Br. in l. ſi quis in fin. ff. de ſolut. ibique Caſtrenſ. nu. 2. Alciat. tr. de
præſumt. reg. 2. præſumt. 33. Ronchegall. in l. eandem. in pr. num.
64 ff. de duob. reis.*

III. Soli Titio facta eſt traditio inſtrumenti. Ergo &
ipſi ſoli facta eſt per idem inſtrumentum debiti ceſſio:
7 cum jus † pinguius facto, quā verbis transferatur, & fa-
cta verbis anteponantur: *Menoch. 3. præſumt. 1. n 83.* Cujus
8 juris ratio eſt: quia † facta præſumuntur proximiora ve-
ro, quam nuda vocabula: *Bald in l. non ignorat. num. 3. C qui
accuſ. non poſſ. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. nu. 97.* Et in
9 ſpecie traditum eſt communiter: † quod traditio inſtru-
menti ſit loco ceſſionis, immo ipſiſſima realis & pleniſ-
ſima ceſſio: *arg. l. 1. C de donat. ibi plene: Dd Bl in l. fin. C. quan.
10 fiſc. vel privat.* adeo, ut † tradens inſtrumentum, intelli-
gatur tradere poſſeſſionem rei in inſtrumento compre-
henſæ: *d. l. 1. Imola in l. Mevia in princ. ibique Angel. num. 1 ff.
ſolut. matrim. arg. l. ſi prædium. C. de evict. d. l. nomina. C. de here-
dit. vel action. vendit. Coler. dict. tract. part. 2. c. 2. n. 79.* Volun-
11 tas † factis æquè declaratur ac verbis: *l. Paulus ff. rem rat.
12 habere:* & plus † ſit facere, quam pronunciare, vel ſcribe-
re; ut diſerte reſpondit *Dec. conſ. 367. num. 3. l. ſi tamen. § ei
qui ff. de aedilit. edict.* & plus eſſe facere facto, quam verbo,
*text. eſt in c. dilecti. extr. de appellat. Dec. conſ. 449. n. 34. Gozadin.
conſ. 101. n. 3. Curt. Iun. conſ. 126. n. 5. Socin. Iun. conſ. 98. n. 13. lib.
1. Idem conſ. 42. n. 12. & conſ. 61. n. 36. lib. 2. Gravet. conſ. 139. n.
9. & conſ. 204. n. 11. & conſ. 259. in fin. copioſe Tiraq. in tr. de jur.
13 conſtituti part. 3. limitat. 30. num. 12.* & † factum dicitur eſſe
potentius ad interpretationem voluntatis, quā ſint ver-
ba: ut multis comprobat. *Nevizan. lib. 6. Sylv. nupt. nu. 16.*
14 Tradēs † inſtrumentū, jus in eo contentū tradere vide-
tur & ex eo poſſeſſionē illius rei: de qua re plenius p ſcri-
bēres, *poſt gl. in c. ſane. extr. de renūci. traditur. vid. Butr. & Imol.
in c. Eccleſia. extr. ut lit. pendent. Alex. Iaſ. & alij in l. 2. ff. de pact.*

Neq; obſtat, quod dicitur Titium reſpectu hujus fi-
dejuſſoris totum poſſeſſionē acquiſiviſſe. Primo enim
ſibi imputare debet Sempronius, quod ſibi nō vigilave-
rit, vnd daß er ſich nicht hatt reverſiren laſſen. Deinde nō
præſumitur ceſſionē die würckliche vnd dem Titio allein
erfolgete würckliche abtrettung/ factam eſſe tantum ad ef-
fectum poſſeſſionis, ſive ad poſſeſſionem cuſtodiendæ
cauſſa apprehenſam: cum reo obligatio illa pro indem-
nitate ceſſa ſit: cumque † poſſeſſionis cauſſam mutare 15
ſibi nemo poſſit: per vulgata. Facit fortiſſime † quod in 16
poſſeſſore, etiam putativum titulum habēte bona fides
præſumitur: *Br. in l. Celſus. n. 17. ff. de Vſucap. Franc. Balb. ibid.
n. 95. Pract. Papienſ. in form. reſponſ. rei convent. verb. præſcriptio-
nis. n. 16. & alij innumeri: qui in hoc conſentiunt allegati à Me-
nochio. d. lib. 3. præſumt. 130. n. 2. 3.*

IV. Cajus per traditionem † chirographi omne ſuum 17
jus in Titium; & quidem in caſum requiſitę indemnita-
tis transtulit: cum eam obligationem de manu in manū
tradiderit Titio, qui pro ipſa tum fidejuſſerat: *l. minus in-
ſtructus. ibi. ſi ſciente domino, in poſſeſſione fuiſti. C. de acquir. poſſeſſ.
l. non dubium. ff de contrahend. emt. l. quoties. ff. ad municipal.* cum
poſſeſſio eo ipſo à poſſeſſore priore receſſiſſe præſuma-
tur, quando conſtituit, ſe nolle poſſidere: *l. ſi quis vi. §. dif-
ferentia l. quemadmodum. l. 2. §. in amit. ff. de acquir. poſſeſſ. Coler.
dict. tract. part. 2. c. 3. n. 225 & ſeq.* Ex † traditione autē quę al- 18
teri fit, indemnitatis cauſſa, in eum caſum, quo indēni-
tas neceſſaria eſt, ceſſio legitima reſultat: *Menoch. dict. præ-
ſumt. 129. n. 12.* Ceſſio † autē poſſeſſionis abdicationem 19
præſupponit, per ante allegata: adeo ut † conjecturæ o- 20
mnes in contrarium ceſſent, quandō de veritate actuū
conſtat: *Bald. in l. & quis. in fin. Cod. de diſtract. pignor. Menoch.
d. præſumt. 129. n. 42.* Vnde Cajus poſtea per nudam, eam-
que verbalē ceſſionem, nullum jus quærere potuit Sē-
pronio: cum in præjudicium tertii fieri nihil debeat.

V. Confirmant hanc ſententiam, & jus Titio quæſitū
aliquot miſſivæ, ſive Epiſtolæ Caij, ſcriptæ ad debitores
debiti, quod ceſſit, in quibus ter, quater, & ſæpius, itera-
ta confeſſione fatetur ceſſionem, ut expreſſa & formalia
docent verba: Iam vero † quadrigemina confeſſio ſive 21
confeſſio etiā geminata in literis vim habet confeſſio-
nis, in judicio factæ: per vulgaria. Nam verba † de actu 22
immediato intelliguntur, non mediato vel mixto: *l. ſocii,
qui in eo. §. 1. ff pro ſocio. Alciat. reſponſ. 609. n. 5. copioſe Gravet.
conſ. 264. n. 3. Tiraq. in tr. quod ceſſante cauſſa. limit. 20 n. 4.* Et
verba † indefinita æquipollere univerſalibus, textus eſt 23
in *l. ſi pluribus. ubi Bart. de legat. 1. Menoch conſ. 193. n. 2.*

VI. Poſito, nec tamen in præjudicium veritatis quic-
quā cōceſſo, ſi maxime vera ſit ceſſio verbalis, ſuper qua
unice fundata eſt adverſarij intentio, propter temporis
tamen rationem, effectum ea habere nequit: cum realis
ceſſio: (die würckliche gewehr) traditione inſtrumēti fa-
cta, aliquot menſibus ſit antiquior. Ergo hatt Cajus mit
einigem effect oder beſtandt dem Sempronio, durch ein
wörtliche ceſſion, auff daß jenige nicht weiſen können/ ſo
er zuvor würcklich weggeben hatt: Vnd wirdt freylich biß
daß medium concludendi, vnd die Brattſein/ daruntb
man tanget/ nemlich daß Sēpronius beweiſe/ Titius habe
hierumb wiſſenſchafft gehabt / vnd jhn gleichſam mit in
die Schadloß verſicherung genōhmē: quod in mentē Ti-
tio non venit, nec veniſſe præſumitur. Factū enim alie-
num, ſive tertij alicujus incognitum præſumitur. *l. fin ff.
pro ſuo. Menoch. lib. 2. de præſumt. 45. n. 14.* Hocque temporis
intervallum inter veram ſive realem, & non veram ſive
verbalē ceſſionem probe notandum eſt, cum inde ma-
gna & evidens præſumtio ſimulatæ ceſſionis reſultet. Nā
& † aliās inſtrumenta ex intervallo facta, arguunt majo- 24
rē ſuſpicionē, per ea, quæ notat. *Angel. in l. ſi quis cū alter n.
9. ff. de Verbor. Obligat. & ibid. Alexand n. 12. & Iaſ. n. 10. Alex.
conſ. 54. col. 1. verſ. concurrit, & alia. lib. 6. Corneus. conſ. 41.
num. 8. lib. 3. Gravet. conſ. 156. num. 18. Natta conſ. 449. num.
8. Menoch. conſil. 109. num. 34 lib. 2. Capoll tract. de ſimulatio-
ne contract. num. 15. verſ. & prima præſumtio.* Quid, quod
hæc præſumtio ſit tanta, ut licet alias non præſumatur,
quod

quod quis faciat contraria: *per l. non adeo.ff. de condit. & de-
monſtrat.* nihilominus id tamen locum h bet in ijs caſi-
bus & rebus, quæ in continenti fiunt; non etiam in ijs,
quæ fiunt ex intervallo: *Capoll. d. tr. nu. 64. verſ. decimanona*
25 *præſumtio.* Et aliâs † illam præſumtionẽ, quod quis etiã in
continenti nõ præſumatur facere contraria, levẽ eſſe, ſi
aliæ non concurrant: dicit *Menoch. 3. præſumt. 122. nu.* 88.
89. Atqui hoc caſu Sempronius, pro ſe nihil allegare po-
teſt præter nudam ceſſionem verbalem, quæ ne quidẽ
præſumtionem pro illo inducere poteſt. Conjecturæ e-
26 nim † & præſumtiones omnino ceſſant, quando, (ut in
hoc caſu) conſtat de veritate actuum. *Bald. in d. l. & qui
in fin. C. de diſtract. pignor. Menoch. d. lib. 3. præſumt.* 129. *nu.* 41.
42. Idque eo magis, cum ceſſio hæc verbalis clam Ti-
tio, (im rücken ohn ſein wiſſen) facta ſit. Vnde pro ſi-
mulata & irrita jure habetur. Indefinitè enim verum
27 eſt, † quod actionum ceſſio clam & occultè facta præ-
ſumatur ſimulata & ficta: *l. ab Anaſtaſio. C. mandat.* maxi-
mè cum non poſſit per rerum naturam cauſſa dari, de
jure qualificata, cur debuerit, vel potuerit in præjudi-
cium prioris, & quidem realis ceſſionatij altera ceſſio
in præjudicium prioris, fieri: *Capoll. d. tract. num. 66. verſ.
vigeſima. Menoch. d. lib. 3. præſumt.* 122. *num.* 97. *& ſeqq.* Et in
28 † ſpecie, contractus ſeparatim factos, cenſeri occultos,
& ad cautelam tegendi facinoris adhibitos, tradit *Alex.
conſ. 54. col. 1. verſ. concurrit & alia. lib. 6. comm. conſ. 41. num.
8. lib. 3. Cravet. conſ. 156 num.* 18. qui in ſimili omnino caſu
loquitur, etiam, quando poſt dies tantum tredecim ſe-
cundum inſtrumentum fuit confectum.
29 VII. Vlterius infertur: Inſtrumentum, † quod diu
fuit occultatum, præſumitur ſimulatum; *Capoll. d. num.
66. Decian. conſ. 2 n. 92. lib. 1. Menoch. de præſumt.* 122. *num.* 94.
Atqui hoc inſtrumentum diu latuit, quod producit
Sempronius. Ergo.

VIII. Sempronius hatt ſich pro Titio in Bürgſlichen
verſtandt eingelaſſen/wie auß der im Königl. Ampt be-
findtlichen notul ſub lit. N. zuſehen / alß jhme auff die
verſchreibung daß leʒte/ vnd im obbemeltem vertrag Spe-
cifirte gelde ex depoſito judiciali gefolget worden / vnd
ſich auch doch damalß nicht mit dem wenigſten einiges
intereſſe angemaſſet: Daher je folgen w l/ daß er in ſolche
deß Titij zahlung nicht alleine ſtillſchwe gen d gewilliget/
ſondern auch daß er alß ein vertretter jhn hiemiet vor ſei-
ne Perſon/nicht zu bela[illegible]en gemeinet. Cum indubitati
30 ſit juris, quod † quem de evictione tenet actio, eundem
agentem repellit exceptio: *l. vindicantem. 17. l. Seja fundos.
73. ff. de evict. l. 72. ff. de rei vindic. l. 1. ff. de except. rei vendit. l. 10.
ff. de diſtract. pignor l. 1. 2. C. ne fiſc. rem, quam vendid. Menoch lib.
2. conſ.* 116 *n.* 49.

IX. Poſterior verbalis ceſſio priori verbali non po-
teſt præjudicare, multo minus reali. Ius enim quæſitum
alteri non poteſt auferri: juraque ſubveniunt vigilanti-
bus.

31 X. Ceſſionario † neque confeſſio, neque tranſactio,
nec pactum, nec aliud factum cedentis poſt ceſſionem
nocere debet. *Schrader tract. feud. part. 10. ſect. 18. n. 22. & 35.*

32 XI. Quo plus † cautelæ in ejuſmodi ſimulatis con-
tractibus (winckel contract, winckel ceſſion) componẽ-
dis & ſalvandis adhibetur, eo major fraudis ſuſpicio ar-
guitur & detegitur: *juxta Bl. & Caſtrenſ. in l. teſtamentum C.
de teſtam. ibid. Iaſ. n. 3. Tiraq. tr. de retr. convent. in proœm. n.* 17. u-
bi & alios permultos in eundem ſenſum ſcribentes re-
cenſet. Immo, quod magis eſt, & ad factum præſens ac-
curatiſſimè quadrat, *Anchoran. conſ. 257. col. ult. verſ. accedat*
33 *prædictis* expreſsè reſpondet, † factum adhibitum in eũ
finem, ne alter contrahentium dicat contractum ſi-
mulatum arguere majorem ſuſpicionem.

34 XII. Ad detegendum † contractum ſimulatum ſuf-
ficiunt conjecturæ ut reſpondet poſt alios *Dec. conſ. 491.
n. 4. Beroi conſ. 168. n. 81. lib. 1. Grat. conſ. 2. n. 14. lib. 2. Pariſ. conſ.
54. n. 5. lib. 1. Tiraq. de retr. convent. in præfat. n. 36. Hieron. Gabr.
conſ. 74. n. 2. Menoch. conſ. 109. n. 7. lib. 2. & conſ. 343. n.* 19.

Pro Affirmativa hæ Militant Rationes.

Prima eſt: Inſtrumenti † productio non aliter videtur 35
fidem facere de mandato actoris, quam ſi doceatur,
quod ejuſmodi inſtrumentũ etiam devenerit cum vo-
luntate bonâ domini ad detentorem. Idque etiam pro-
cedit in eo, qui experitur nomine proprio: per ea quæ
tradit *Andr. de Barbat. in c. coram. n. 6. 7. 8. & ibi etiam Felin.
n. 9. extr. de offic. de legat. Roman ſing. 693. & conſ. 446. nu.* 13.
Atqui ceſſio facta Titio â Cajo nulla alia voluntate bo-
na facta eſt, quam pro parte, quod ex voluntate poſte-
riori colligitur, qua prior intelligitur & declaratur: cum
quilibet interpres ſit ſuorum verborum.

2. Cajus non expreſſit, ſe Titio ſoli cedere: fatetur
quidẽ ſe ceſſiſſe, ſed, nõ addit ſoli: igitur conjunctim eſt
intelligendũ in dubio. In dubio † n. nõ præſumitur quis 36
allegare contraria aut dicere, multo minus jura quem
mentiri præſumunt: cum quilibet præſumatur bonus
donec contrarium probeniit. Vnde & in dubio id potius
quod certum eſt, ſequi debemus: *c. 3. extr. de ſponſal.* quẽ-
admodum & aliâs † in dubijs benigniora ſemper præ- 37.
ferenda; *l. benignius. d. ll. l. quoties. l. in dubijs. de reg. jur.* Hinc &
rectè dicitur, *in l. merito. ff. pro ſoc.* quod † actus dubius ita 38
debet explicari, aut intelligi, ne ex eo reſultet delictum.
Rx. Incluſio † unius eſt excluſio alterius. Et inducta ad 39
unum finem, non debent operari contrarium: *l. legata. de
adim. legat.* Inducta ad favorem, non debent retorqueri
ad odiũ. *l. quod favore. ibique Dd. C. de ll. Menoch conſ. 170. n.
13. lib. 2.* Et amplius † inducta ad augmentum, non de- 40.
bent operari diminutionem: *l. legata. ff. de adimend. legat. So-
cin. Sen. conſ. 58. col. 2. lib. 1. Dec. conſ. 364. n. 3. Ioan. Iacob. de Leo-
nardis inter conſilia Bruni in conſ. 117. n.* 274.

3. Titius, quando facta eſt ceſſio, non petijt inſtru-
mentum, quo probaret ceſſionem ſibi ſoli factam: cum
facile potuerit cogitare, Sempronium non acquieturũ.
Reſponſ. non eſt opus: Titulum enim poſſeſſionis pro-
bare vel edere nemo tenetur. Vielmehr ſolle man fragẽ
warumb ſich Sempronius nicht reverſiren laſſen. Tradi-
tio enim inſtrumenti eſt loco ceſſionis, immo ipſa rea-
lis ceſſio: *l. 1. Cod. de donat.* Ad contraria reſpondetur. In
genere: non † locus eſt præſumtionibus vel conjecturis 41
in rebus certis: *l. continuus. 137. §. 2. ubi gloſ. final. alleg. concor-
dant de Verb. Obligat. & idem dicit etiam ibi Br. in l. continuus. fa-
cit l. ille aut ille. de legat. 3. l. pediculis. de auro & argent. legat. § ar-
gento l. ſi unus. §. filiofamil. in fi. de injur. l. arbitrio. §. niſi tamen.
ff. de dolo.*

Atqui hic verſamur in re certa, tum, quoad rẽ ipſam,
id eſt ceſſionem, tum quoad perſonam cedentem; quæ
in magnâ fuit auctoritate: de quo non præſumitur, daß
er ſolte haben vnter dem hütlein geſpielet cũ Sempronio,
in præjudicium Titij. Eſtque injuria, tale quid objicere
Cajo. Ad tertium in fine reſpondetur. Ex † nudâ & ſolâ 42
poſſeſſione rei vel inſtrumenti bonam fidem non intel-
ligi, nec dari alicui ſtatim actionem; multo minus exa-
ctionẽ, niſi probatâ prius ejuſdem juſtâ traditione factâ;
ſecundum *Andr de Barbat. in d. cap. corã. n. 6. 7. 8. & ibi Felin.
n. 9. extr. de offic. delegat. Roman. ſing. 693. cõſ. 446. n. 13. Molin.
conſ. 20. n. 2. vol. 1.* Atqui per confeſſionẽ quadrigeminam
ſatis probatur traditio. Probatâ itaq; traditione inſtru-
menti, intelligitur in propoſito jus agendi collatũ in ac-
cipientẽ, tanquam bonæ fidei poſſeſſorem, & tunc con-
ventus debitor non poterit ab exigente poſtulare titulũ,
vel ſollicitus eſſe, an ſuo, vel alieno nomine petat debitũ:
cum ei obſtet replicatio: & † poſſeſſor dicere poſſit: Ego 43
quoad re liberas ædes habeo: *l. loci corpus §. competit. ff. ſi
ſervit. vindicet. cum l. final. C. de rei vindicat.*

4. Erravit in narratione, narrans contraria: Modo e-
nim ait menſe Aprili, anno 77. modo anno 79. factum
eſſe. Reſpondetur hoc nõ pro contrarietate, ſed pro cor-
rectione æſtimandum eſt: habetq; pro ſe præſumtionẽ
ex communi theoricâ Dd. qui dicunt, ex antiquitate

44 temporis, puta ex † curſu 10. annorum præſumi obli-
vionem: *gloſ. in l. licet. C. de acquir. poſſeſſ. c. longinquitas. 2. quæſt. 2 Guid. Pap. deciſ. 127. num. 3. Anton. Cappez. deciſ. 51. Tiraquell. latiſſ. in tract. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. in fin. verb. per decem annos*, ubi more ſuo, pene infinitos idem ſentientes allegat. Quam opinionem communem dicit *Franc. Burſat. conſ. 47 num. 16. vol. 1. Maſcard. vol. 3. de probat. concluſ. 122.*
45 *num. 1.* ubi & *num. 2.* rationem addit: cum † decennium
dicatur longum tempus ex communi Dd. ſententia de qua *Martin. Navarr. c. t. §. 2. de præſcript. diſtinct. 1. num. 5. Diſſent. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. cent. 1. caſ. 26. num. 2.* qui judicis arbitrio committitur, quando præſumenda ſit oblivio.
46 Verius eſt, † præſumi in eo, qui occupatus eſt re fami-
liari, negociiſque alijs: veroſimile non eſt, temporis momentum ejuſmodi occupato poſſe, ac potuiſſe excidere; per doctrinam *Rip. in l. quod juſſit. num. 47. ff. de re judic. Gozadin. conſil. 9. num. 35. 36. Pariſ. conſ. 11. num. 132. lib. 1.* &
47 † qualitatis perſonarum rationem habendam eſſe tradit
idem *Menoch. d. caſu 16 num. 4 in fin.* quodque erraverit in momento temporis, huncque errorem correxerit, etiã
48 jurato affirmare poteſt. Reſponſum eſt † ab Imperato-
re ex conſilio Prudentum pro Negativâ Pragæ.

CONSILIVM CXIV.

Quæſtio.

An nummorum ſive moneta bonitate extrinſeca, & valore mutato, ſecundum eam æſtimationem facienda ſit ſolutio, quæ fuit tempore Contractus: vel ſecundum eam, quæ viget tunc, quando fit ſolutio?

SVMMARIA.

1 Species facti.
2 Conſuetudinis magna vis eſt & æquiparatur juri communi.
3 Qui facit id, quod plerumque fit, recte agere cenſetur.
4 Interpretatio in dubio fieri debet ſecundum id, quod fieri ſolitum eſt.
5 Inſtrumentum eſt probatio probata.
6 Inſtrumentum reddit veritatem apparentem, adeo, ut non egeat ulteriori probatione.
7 Præſertim ſi habeat ſua requiſita annum & diem, & ſi quæ ejus generis alia.
8 Obligationum, quæ re contrahuntur, natura non patitur, ut quis obligetur in plus, quam acceperit.
9 Solutio facienda ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus.
10 Niſi aliud inter contrahentes expreſſè actum ſit.
11 Nemo debet locupletari cum jactura ſive damno alterius.
12 Creditoris & debitoris, in utrumque eventum par eſt ratio, ut neuter lædi videatur.
13 Inter contrahentes, quantum fieri poteſt, ſervanda eſt æqualitas.
14 Contractus non debent claudicare.
15 Valore monetæ ante ſolutionem mutato, ſolutio non aliter, quam ſecundum æſtimationem, quæ viguit tempore contractus fieri debet.
16 Monetæ valor ſi accreverit, debitor poteſt deducere incrementum illud, quod veteri æſtimationi acceſſit: ſi decrevit, tenetur ſupplere valorem tempore contracti debiti conventum.
17 Creditor ex mutatione monetæ nihil commodi vel incommodi ſentire debet.
18 Naturalis æquitas non minus ac lex ſcripta judicem indicando movere debet.
19 Æquitatem judices ſemper ob oculos poſitam habeant.
20 Solutio ad eandem ſummam, non ad eundem numerum facienda, quando nominatim aſſignatur, quantum quiſque nummus valeat.
21 Decrementum non cedit damno creditoris: neque augmentum ipſius lucro.
22 In obligatione quiſque nummus certo valore æſtimatur: & in dubio æſtimatio importat emtionem.
23 Incrementum ac decrementum nummorum æſtimatorum, ad creditorem omninò pertinet.
24 Interpretatio illa præferenda, per quam utrique caſui ſatisfiat.
25 Et utrique parti conſulatur.
26 Interpretatio præferenda, quæ omnibus eam obligationem concernentibus, ex æquo competit.
27 In obligationibus id tempus ſpectatur, quo contrahitur.
28 Pecunia uſum dominiumque ſui præbet, non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate.
29 Nummi credito in eadem forma vel materia reddendi non ſunt: cum æſtimatio nummorum ſit credita, non corpora
30 Nummorum valore mutato, indiſtinctè ſecundum eam facienda eſt ſolutio, quem habuerunt tempore contractus.
31 Solutio eo valore facienda, qui lege publica conſtitutus eſt: neque hic valor ad variationem Cambiorum, vel ſimili aliquâ autoritate privatâ mutatur.
32 Imperatoris & Ducum Imperii autoritate quod fit, magis attendendum eſt, quam quod â privatis vel ſingulis in Imperio variis locis agitur.
33 Sententia facultatis Juridicæ Lipſienſis.
34 Sententia Scabinorum Lipſenſium.

In nachbeſchribenem Fall iſt unß rechtlicher belernung von nöten: und verhelt ſich derſelbe folgender geſtalt.

VNſere † Vorfahren haben im Jahr 1567. den 1. 1
Maij/ von A. Fünffzehenhundert fl. Meiſniſch/
jeden fl. zu 21. grg. gezehlet / an gantzen unverſchlagenen Reichsthalern / je einen vor 24. grg. gerechnet / Jährlichen mit 90. und alſo daß hundert mit 6. zu verzinſen/ auß ſonderbarer Freundſchafft / inhalts der Verſchreibung/ auffgenommen/ und die Zinſe jederzeit an kleinen Müntzſorten erleget. Alß nun bey verſchienem Leipziger Marckt/ auff vorgehende auffſage/ die Zahlung des Capitals beſchehen ſollen/ haben wir unß zur Zahlung offeriret, und ſolche entweder an Müntzſorten/ oder an thalern/ in dem Valor und werth / wie ſie itzo güldig/ thun. Deß Creditoren Erben aber damit nicht zufrieden ſeyn/ ſondern die thaler in dem valor, wie ſie vorgehender zeit güldig geweſen/ alß zu 24. grg. jeden haben wollen/ deſſen wir unß beſchweret befinden: Auß folgenden Vrſachen.

Erſtlichen iſt notorium, daß itzo allenthalben die
thaler geſtiegen/ und nach gewöhnlichem gebrauch in ge-
mein jeder 27. grg. güldig: Magna † vero eſt vis conſue- 2
tudinis, & ea juri communi æquiparatur: *l. de quibus. ubi
Dd. ff. de legib. §. ſine ſcripto. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* &,
† qui facit id, quod plerumque fit, recte agere cenſetur: 3
*l. ſi quis ſit fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict. Iaſon.
& Dd. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff ſi cert. pet. Bart. in l.
ſi pignore. §. fin. ff. de pignorat. act. Gravet. conſ. 6. num. 78. De-
cian. reſponſ. 29. n. 16. volum. 1.* & † in dubio ſecundum id 4
quod fieri ſolitum eſt, interpretatio fieri debet: *l. quod ſi
nolit. §. quod ſi. ff. de ædilit. edict. l. ſemper. ff. de reg. jur. l. eum qui.
C. de Epiſcop. & Cler. Socin. Iun. conſ. 2. num. 25. vol. 1. Cephal.
conſ. 96. num. 3. & conſ. 149. num 16. Roland. à Vall. conſ. 81. n.
14. Gravet. conſ. 77. n. 13.*

Hiergegen/ und vors ander / iſt gleichsfals notorium, und offenbar: daß unſere Vorfahren / tempore contractus nemlichen im Jahr 67. den thaler höher nicht/ alß zu 24. grg. gerechnet/ angenommen / und genoſſen haben: Inmaſſen auch ſolches obgedachte ver-
ſchreibung klar und deutlich demonſtriret, und außwei-
ſet. Inſtrumentum † enim eſt probatio probata: *l. cum pre- 5
cibus. C. de probat. Angel. ad l. intereſt. in ultim. notab. C. de ſolu-
tion. Roland. à Vall. conſ. 39. num. 5. & 6. vol. 1. & conſ. 40. num.
8. vol. 2.* veritatemque † reddit apparentem, adeò, ut 6
non egeat ulteriori probatione: *Bald. ad l. Imperator col. 1.
ff. de ſtat. homin. Pariſ. conſ. 54. num. 3. 4. 5. vol. 1. & conſ. 70 nu.
24. vol. 4. Roland. à Vall. d. conſ. 40. num. 9. & ſeqq. vol. 2.* præ-
ſertim, † ſi requiſita ſua habeat, annum, & diẽ, & ſi quæ 7
ejus generis alia: *Roland. à Vall. d. conſ. 40. num. 7. & conſ. 2.
nu. 58. vol. 1.*

Dahero

Dahero wir / vors dritte hoffentlichen ein mehres /
als den werth / wie ſie damals æſtimiret, vnnd vnſern
Vorfahren angenommen / vnnd genoſſen worden /
8 zu zahlen nicht ſchuldig. Nam † obligationum, quæ
re contrahuntur, natura non patitur, vt quis obli-
getur in plus, quàm acceperit: *l. ſi decem. in princ. ff. de
pact. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat. Anton. Faber. in tractat.*
9 *de varit. num. deb. ſolut. cap. 8.* Corroboratur † hæc ſen-
tentia, *text. l. cum quid. in fin. ff. ſi cert. pet. in quo id tacitè
cenſetur actum, vt reſpectu ejus valoris, qui fuit tempore contra-
ctus, ſolutio fiat; & l. ſi ita eſſet. ff. de aur. & argent. legat. quate-
nus ibi dicitur, præſens tempus inſpiciendum eſſe non futurum:
quam rationem pro hac ſententia adducit Alberic. de Roſat. in l. vi-
num. circa fin. ff. ſi cert. petat. dicens* quod contrahentes de
tempore & valore currenti tempore contractus vide-
antur ſenſiſſe: & nullo modo cogitaſſe de tempore fu-
turo, niſi hoc appareat.

Zumal / weil vors vierte in der Verſchreibung expreſ-
sè nicht gedacht / da gleich ein Reichsthaler ſtiege / daß
nichts weniger ſtück / v[illegible]ſtück gegeben / vnd wider be-
10 zahlet werden ſolle: † welches doch vermöge der Rechte /
vnd ex communi Doctorum calculo in ſolchem Fall
von nöthen; nimirum vt hoc à contrahentibus expreſ-
sè actum ſit, & convenerit: *Gravet. conſ. 13. verſ. item pro
opinione illa. lib. 1. Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib. 3. tit.
de ſolution. & liberat. concluſ. 2. num. 13. Andr Kohl. exercitat.
jur. civil. 19. num. 7. Regner. Sixtin. in tract. de regalib. c. 9.
num 126.*

Vnd würde dergeſtalt / vnnd vors fünffte vns ein
groſſes ab[illegible] den Creditoren aber ein merckliches zuge-
hen: Zuwider der allgemeinen natürlichen Regull:
11 neminem † debere cum alterius jacturâ, ſive damno
fieri locupletiorem: *l. nam hoc natura. ff. de condict. inde-
bit. l. jure naturæ. ff. de regul. jur. Andr. Kohl. exercit. 2. num.
24. & n. 44. circa fin. Bartol. in l. planè. in fin. ff. de petit. here-
dit. text. in cap. locupletari. de Reg. Jur. in 6.* Accedit, † quod
12 par debitoris & creditoris in vtrumque eventum eſt
ratio, vt neuter lædi videatur: *l. ſi pater puella. C. de inoſ-
fic. teſtament. l. ſi de fideicommiſſo. C. de tranſact. Roman. in l.
ſtipulatio iſta. §. inter certam ff. de Verbor. Obligat. Dec. in l.
cum tempus. num. 10. ff. de Reg. Jur. Andr. Kohl. exercit. 12.*
13 *num. 2. & exercit. 18. num. 28. & ſeq.* & † æqualitas inter
contrahentes, quantum fieri poteſt, ſervanda: *l. Julia-
nus. §. ſi quis colludente. ff. de action. empt. l. vltim. C. de fruct.
& lit. expenſ. Gravet. conſil. 243.* [illegible] *Menoch. conſ. 606.*
14 *num 15. vol. 7.* quia † contract[illegible]n debent claudica-
re: *l. ſi cum dic.* [illegible] *arbiter. ff. de recept. arbitr. l. vlt. ff. de prætor
ſtipulat l. 1. l. ſi* [illegible] *quod. §. vltim. ff. de reſcind. vendit. Bartol. in
l. Julianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de action. emt. Dd in §. 1. Inſtit.
de autor. tutor. Bolognet. conſ. 10. n 35.*

So iſt auch vors ſechſte verſehenen Rechtens: Quod
15 eo † caſu, quando ante ſolutionem, valor monetæ
mutatur, ſolutio non aliter, quam ſecundum æſtima-
tionem, quæ viguit tempore contractus fieri debeat:
adeoque, ſi creſcat valor talerorum poſt contractum;
numero pauciores, ſi minuatur, plures ſolvendi ſint,
niſi expreſsè conventum ſit, reſtituendos eſſe taleros
ſecundum valorem ejus temporis, non quò dati ſint,
ſed quo ſolvi debent: *vt animadvertere licet ex iis, quæ à
Dd. notantur in l. cum hi. ff. ſi cert. petat. & in l. Paulus. ff. de ſo-
lution. & in c. quanto. de jurejurand. Mynſing. lib. 4. obſervat. n.*
16 *num. 2. 3. vbi in terminis, inquit.* Si valor † monetæ accre-
vit, tunc debitor deducere poteſt incrementum illud,
quod veteri æſtimationi acceſſit: ſi decrevit, ſupplere
teneatur valorem tempore contracti debiti conventum:
& ſic facienda eſt ſolutio proportionabiliter, ad æſti-
mationem antiquæ, ne vtroque caſu alteruter contra-
hentium plus aut minus, quam datum acceptumve ſit,
reddat vel recipiat: *Idem ſenſerunt Azo. Iacob. de Belvis.
& Odofred. vt refert. Cyn. in l. minorum. C. in quibus cauſſ in in-
tegr. reſtit. Anton. de Butr. in cap. quanto. vbi Panormit. nu. 12.
de jurejurand. Anton. Burg. in cap. cum dilecti: num. 39. de
emt. Franciſc. Curt. de monet. quæſt. 3. num. 15. dicens, ita com-
muniter modernos tenere. Dec. in repetit. l. cum quid. num. 56.
vbi Curt. Iun. num. 23. Loriot. num. 8 & 9. Bologn. num. 74. di-
cens æquiorem & veriorem. ff. ſi cert. petat. Hotrom. lib. 1. quæſt. il-
luſtr. 15. Anton Gabr. commun. concluſ. lib. 3. tit. de ſolution. & li-
Gabella quid ſit. 106.n.52

Geminatio, maxime, per iterationem diverſo tempore facta, enixam oſtendit voluntatem, & deliberationem plenam. 5.n.59.

Geminatio habet vim & effectum juramenti. 5.n.60

Geminatio verborum magis explicitam teſtatoris voluntatem oſtendit. 36.n.33

Geminatio efficit, vt licet alias verbum aliquod, ex iuris ratione reſtrictionem admittat: tamen ſi geminatum fuerit, tum illi ſine vlla reſtrictione ſimpliciter ſtandum eſt. 77.n.63

Geminata confeſſio, maxime per intervallum temporis repetita, plurimum habet efficacia. 37.n.28

Geminata confeſſio idem operatur, ac ſi eſſet jurata. 37.n.29

Geminatio verborum, magis explicitam teſtatoris voluntatem oſtendit. 37.n.31

Geminationes certam & enixam voluntatem arguunt, multoque maiorem vim obtinent, quam ea, quæ ſine iteratione fiunt, vel dicuntur. 115.n.137. *Ex geminatione conſilium dicentis, & animus ejus deſtinatus & deliberatus oſtenditur.* 115.n.138

Geminatio habet vim clauſulæ, ex certa ſcientia, maxime in teſtamentis. 115.n.139

Geminatio tollit omnem fraudis & ſimulationis ſuſpicionem. 115.n.141. *Effectus & conſequentia geminationis.* 115. nu. 142. *Et hoc operatur, vt comprehendantur etiam diſſimilia, & expreſſis maiora.* 115.n.143

Generaliter tranſigens, non auditur, prætendens, ſe de una aliqua parte cogitaſſe: in altera vero aliud ſenſiſſe. 27.n.44

Generaliter talia in feudi pactis & contractibus verba adhiberi oportet, ut feudi conceſſionem importent. 106.n.19

Generalia verba potius reſtringenda, ac, pro ſuperfluis habenda, quam ut quis damnum inde patiatur. 27.n.181

Generalis conceſſio, generaliter præjudicat. 59.n.95

Generaliter aliquid concedentes, ſive promittentes, ſibi imputent, quod non cogitarint, ſub generalibus verbis comprehendi etiam incognita, & non cogitata. 59.n.97

Generali hypotheca bonorum etiam futura, & nondum acquiſita, item nomina debitorum, iura & actiones, veniunt. 61.n.44

Generalis diſpoſitio non extenditur ad eum caſum, in quo poteſt eſſe captio. 77.n.14

Generaliter tranſigens, fruſtra prætendit, ſe de una aliqua parte cogitaſſe. 20.n.22

Generali lege, pacto, vel ſtatuto non includitur legitima. 41.n.35

Genus Grammaticum, vocem tantum extrinſecus adficit: non rem voce ſignificatam. 110.n.18

Gerada, vel vtenſilia, immediate debentur proximæ cognatæ 9.n.1.28.n.12

Geradam, veſtitum, ornatum muliebrem, & quæ cultui corporis deſerviunt, filia non tenetur conferre. 40.n.11

Gerada exemplo mobilium præſcribitur anno. 102.n.14

Gerada non imputatur in legitimam. 40.n.3

Gerada in maritum, liberos, aut extraneos, per contractum inter vivos transferri non poteſt. 9.n.2

Geradam, mulier in extremis conſtituta, marito ſuo in præjudicium proximioris cognatæ, relinquere vel donare prohibetur. 9.nu.4

Gerada debetur filiæ, non vt filia, vel heredi, ſed vt proxima cognata, ex legis diſpoſitione, tanquam lucrum adventitium. 40.nu.8

Gerada jure Saxonico, ex ſpeciali legis proviſione defertur, jure familiæ & cognationis: uti res expeditoriæ iure agnationis obveniunt. 40.n.15

Gerada, per viam vltimæ voluntatis, alienari nequit. 9.n.6

Gratia gratis data, non eſt obligatoria, ſed voluntaria, & durat quamdiu vult, qui dat, & revocatur, quando liber. 84.nu.40

Gratuita donatio pro temporis circumſtantia reſtringi poteſt, cum ita donare ſit potius perdere, 117.n.20

Gravari nequit, qui judicio teſtatoris non fuerit honoratus. 64.n.23

Quod maxime intelligendum, quando liberi, in conditione poſiti, expreſſe ſunt gravati. 64.n.24

Gravato, non eſt addendum gravamen. 84.n.9

H

Habens pignus generale anterius, non poteſt agere contra habentem pignus ſpeciale poſterius, ante excuſſionem principalis vel fidejuſſorum. 16.n.5.96.n.3

Habenti plura iura, ſi conſentiat in uno, nihilominus alterum remanet ſalvum, quod illi non fuerit connexum. 20.n.117

Hamburgenſes à Regina Angliæ, pro hoſtibus habiti, & naves ipſorum captæ ſunt, quod commeatum in ditiones regis Hiſpaniarum intuliſſent. 110.n.88

Heres certæ rei inſtitutus, coherede non dato, totam hereditatem obtinet. 64.n.87

Heres eo loco conveniri debet, ubi ſita eſt hereditas. 97.n.17

Heres tenetur præſtare factum defuncti. 36.n.16.44.n.3

Heres ſemel factus, nunquam deſinit eſſe heres. 58.n.52

Heres non præſtat factum defuncti, tendens ad defraudandum, vel privandum heredem beneficio quod ei lex in bonis defuncti conceſſit. .72.n.36

Heres factum defuncti minime præſtat, in iis bonis, quæ defunctus heredi neceſſario relinquere debuit. 72.n.37

Heres voluntatem defuncti implere, ejuſque factum ratum habere tenetur. 5.n.62. *Etiamſi hereditas non fuiſſet lucroſa.* 5.nu.63. *Ampliatur, ut magis procedat, ſi hereditas ſit lucroſa.* 5.nu 64

Heres exceptione ſe tueri poteſt, ne debitum alienum ſolvere compellatur. 39.n.86

Heres probare volens mortem defuncti, non ſufficienter probat, ſi eum morti vicinum fuiſſe dicat. 54.n.12

Heres heredis, eodem [...] modo, cum ipſo herede, recte fruitur. 58.n.252

Heres tenetur inventarium conficere, aut juramento patefacere res hereditarias illis quorum intereſt. 15.n.6

Heres in cauſa dotis, ad promiſſum defuncti, ob cauſam dotis, cauſa non impleta tenetur, propter ſingularem favorem dotium. 36.nu.41.17.n.36

Heres adeundo hereditatem voluntatem defuncti comprobat. 22.n.10

Quod is, cui heres ſum, fecit, perinde eſt, ac ſi ipſe feciſſem. 22.nu.11

Heres tenetur ſtare facto & pacto defuncti, etiam præjudiciali, in re propria, in qua defunctus nullum jus habuit. 8. num 41. *Quod procedit, ſive integra res heredis, ſive pro parte tantum illius fuerit: ſive audum propria, ſive eidem debita tantum ſit.* 8 n.42

Heres non obediens diſpoſitioni teſtatoris, ſed illi contraveniens omni commodo teſtamenti efficitur indignus. 15.n.80 *Quin & hereditate, omnique alia ſucceſſione ex teſtamento illo proveniente, ipſo jure privatur.* 15.n.81

Heres repræſentat perſonam defuncti, & cum illa cenſetur una atque eadem. 5.n.66.88.n.52.104.n.3

Heres, in dubio cenſetur ſponte conſentire in id, quod defunctus voluit. 5.n.71

Heres ab inteſtato quartam detrahit. 33.n.2 *Idem obtinet in heredis herede, ut ipſe etiam quartam detrahere poſſit.* 33.n.3

Heres gravatus ſub conditione, conſequitur Trebellianicam de fideicommiſſo univerſali. 33.n.1

Heres non recuſabit, quod defunctus retractare non potuit. 3. num. 28.

Heres ex delicto defuncti non tenetur, niſi lis cum defuncto ſit conteſtata. 98.n.19

Heres non poteſt contravenire diſpoſitioni paternæ, ſuper bonis feudalibus. 8 n.39

Heres, adeundo hereditatem, dicitur quaſi contrahere, & ſe obligare, ad faciendum ea quæ defunctus volebat. 5.n.65

Heres non poteſt impugnare factum defuncti. 5.n.61.3 n.27

Heres factum defuncti præſtare tenetur, etiam in iis, quæ geſſit in rebus propriis ipſius heredis. 8 n.11

Heres eſſe non deſinit, nec heredis nomen exuit, qui ſemel heres extitit. 115.n.155

Heres, mortem defuncti ſufficienter probare debet. 14 n 5

Heredes defuncti mariti, tenentur viduæ dotalitium conſtituere, pro quantitate dotis illatæ: eo caſu, quando maritus moritur antequam ipſe talem donationem conſtituit. 100.n 6

Heredes etiam extranei facto defuncti ſtare coguntur. 64.n 45

Heredes perſonam defuncti repræſentant, ejuſdemque cum illo ſunt juris, atque poteſtatis, cujus fuit defunctus. 64.n. 46

Heredes allodiales tenentur ad intereſſe ſucceſſoribus feudi, ſi unus eorum, pecuniam ad feudi emtionem deſtinatam, in feudum non converterit 71.n.57

Heredes tutorum actione tutelæ, non minus, ac parens eorum, jure tenentur. 44.n.2

Heredes, ex illo pacto, ut ſervetur, conveniri poſſunt, vel actio aliis jure cedi poteſt. 1 n.186.3 n.186

Heredi caviſſe intelligitur, qui ſibi cavit: cum pacta ad heredes ſint tranſitoria. 104 n.6

Heredi, vel legatario licitum eſt, illud improbare, quod improbavit ipſe teſtator. 36.n.91.37.n.45

Heredibus actiones hereditariæ, active & paſſive dantur jure ſucceſſionis. 19 n.19

Heredis inſtitutio eſt forma teſtamenti, per quam teſtamentum definitur, & eſt, id quod eſt. 21.n.25.26

Heredis mei heres, meus eſt heres, cum locum heredis ſubeat, ejuſque perſonam ſuſtineat. 33.n.4 *Idque vere & proprie: non ficte & improprie.* 33.n.5

Heredis inſtitutio eſt baſis, fundamentum, caput & anima ipſa cujuſque teſtamenti. 21.n.24.7.n.11

Heredis inſtitutio, hodie, quibuſcunque verbis fieri poteſt. 7.n.62. *Et in qualibet teſtamenti parte.* 7.n.63

Heredis inſtitutionem fieri oportet, verbis civilib. & directis. 7.nu. 14. *Immo & verbis diſpoſitivis.* 7.n.15

Heredis appellatione, in materia feudali, heres feudalis, id eſt, maſculus, non fœmina intelligitur. 115.n.77.152

Heredum appellatione veniunt liberi utriuſque ſexus imo & alii ſucceſſores quivis, licet verbis expreſſi non ſint. 115.n 130.136

Hereditas adiri nequit, per procuratorem generalem: ſecus autem eſt in eo, qui peculiariter ad id conſtituitur. 55.n.14

Hereditas non adita, non tranſmittitur, præſertim in linea collaterali. 56.n.1

Hereditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. 104 n.4

Hereditas non datur pactis & donationibus. 7.n.23

Hereditas teſtamento tantum defertur. 23 n 119

Hereditas intelligi non poteſt, niſi deducto ære alieno. 10.n 15

Hereditas primo defertur liberis, & deinceps cognatis legitimis. 46.n.1

Hereditas omnia defuncti debita continet. 5.n.67. 22.n.15

Hereditas nihil eſt aliud, quam univerſum defuncti patrimonium, ſive, id omne quod deducto ære alieno ſupereſt. 41.num. 39. 7. num.9.

Hereditas, etiam ſine ullo corpore, juris intellectum habet, eſtque juris univerſi, ac per ſe individui. 58.n.53

Hereditas non niſi adeundo acquiritur. 61 n.47

Hereditas, ante aditionem, noſtra non dicitur: neque illa ſuccedendi ſpes in bonis noſtris eſſe. 61 n.48.

Hereditatis jus repudians aut negligens, eandem hereditatem alienaſſe non cenſetur. 61 n.49

Hereditas eſt nomen juris, & quidem jus illud individuum per ſe recte dicitur. 53.n.7

Hereditas ex teſtamento delata, per alium adiri poteſt. 55.n.4

Hereditas eſt nomen juris, aptum omnia comprehendere. 3 num. 167

Hereditate vendita, omnia veniunt, quæ quocunque titulo & jure, ad heredem ſpectant. 58.n.192

Hereditate indignus eſt, qui teſtamentum evertere molitur. 72. nu.10

Hereditate vendita, omnia ea veniunt, quæ quocunque titulo & jure ad heredem ſpectant. 110.n 37 *Ad illationem, quam Covarruvias pro affirmativa defendenda facit, reſpondetur.* 110 n.38 *Deciſio: & ubi de hujus quæſtionis ſede & materia tractetur, remiſſive.* 110.n.39

Hereditatem abſentis accipit heres proximus, præſtita prius cautione, de reſtituendo, ſi forte abſens vivus ſui fuerit. 14 n 8

Hereditatem emens, pro re ſingulari evicta, contra venditorem de evictione nequit agere: ſed res ſingulas in hereditate contentas, ſuo ſumtu, & periculo perſequitur. 66.n.25

Hereditatem adiens ſolvere tenetur, etiamſi non ſit ſolvendo. 5. n.68

Hereditatem abſentis ſumit proximus heres. 14.n.1

Hereditates deferuntur ſecundum voluntates teſtatorum. 115. nu. 160

Hereditatis aditio eſt actus legitimus, & per procuratorem expediri nequit. 55.n.2

Hereditat-

Hereditatis adita argumentum eſt, ſi quis jus patronatus in hereditate aliquid ſibi adſumſerit. 57.n.8

Hereditatis, nomen rei particularis minimè convenit. 3.n.168

Hereditatis venditor ab omni periculo & damno evictionis liber ac immunis eſt. 66.n.27

Hereditatis petitio non datur, contra titulo poſſidentem. 61.n.58

Hereditario jure aliquid habere, nihil aliud eſt, quam rei alicujus dominum eſſe, ejuſque habere proprietatem. 8.n.53

His verbis: ſi quid humanitus mihi contigerit: mors ſignificatur. 110.n.63

Hodie etiam lex ad exactionem. C. de dot. promiſſ. adhuc viget, nec per leg. vnic. C. de rei vxor. action. ſublata eſt. 35.n.35

Hodierno jure teſtator prohibere poteſt heredibus Trebellianicam. 33.n.7

Homicidium ſine dolo commiſſum, mitius punitur, quam illud, quod dolo committitur. 94.n.6

Homicidium doloſum eſt, quando quis aggreditur alium prava animi deliberatione, ex præcedente intervallo, & illum interficit. 94.n.4

Hominibus nihil magis debetur, quam ut liber eorum ſit teſtandi ſtylus, quoniam aliud poſthac velle non poſſunt. 23.n.48

Hominis appellatione, tam fœmina, quam maſculus continetur. 110.n.9

Homo ad centum uſque annos vivere præſumitur. 14.n.16.54.n.3

Homo a ICto non conſideratur abſolute, ſed relatione ad rempubl. ſive ſocietatem civilem. 110.n.2

Homo mortuus abuſive dicitur homo. 7.n.24

Honeſtè ac piè agit, qui voluntatem defuncti conſervat. 15.n.41

Honorabilius eſt decedere potius cum teſtamento, quam ab inteſtato. 15.n.32

Honos eſt teſtantis, decedere potius cum teſtamento, quam ab inteſtato. 115.n.26

Hujuſmodi matrimoniis, quæ clam, & minus ſolenniter contracta ſunt, juris præſumtiones adverſantur. 115.n.42

Humanæ fidei nihil tam congruum eſt, quam ut ea, quæ ſemel placuerunt, ſerventur. 3.n.22.22.n.19

Hypotheca expreſſa poſterior, vincere debet, etiam tacitam anteriorem. 10.n.16

Hypotheca legalis uxoribus debita nullo facto, etiam proprio, niſi jurato, nec per ſtatutum, vel conſuetudinem ipſic poteſt adimi. 79.n.35

Hypotheca apponi ſolita etiam omiſſa, pro expreſſe appoſita habetur. 13.n.63

Hypotheca generalis efficit, ut liceat creditori agere, & res incumbere, jure pignoris. 1.n.38

Hypotheca tacita, credenti pecuniam, ad rem emendam, non competit, in ea comparata. 39.n.29

Hypotheca oritur à die tutelæ acceptæ, & adminiſtrationis bonorum. 81.n.5

Hypotheca ſolutione debiti principalis tollitur. 10.n.2

Hypotheca anterior impedit effectum alienationis & translationis dominii. 1.n.34

Hypotheca non extinguitur per alienationem. 1.n.35

Hypotheca ſemel acquiſita in re aliqua, non tollitur per alium ſubſequentem contractum, factum ſine conſenſu creditoris, cui iam dudum prior hypotheca eſt acquiſita. 81.n.64

Hæc regula etiam in tacita hypotheca locus eſt. 81.n.65

I

ID actum ſemper cenſetur, quod eſt ſcriptum. 13.n.50

Id jure ſequimur, quod actum eſt. 50.n.13. *Et Plus valet, quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur.* 50.n.14

Idem eſt, aliquid probare per expreſſam legem, ſive per interpretationem, ac vivam rationem. 36.n.109

Idem obſervatur in parte, quoad partem: quod in toto, quoad totum. 97.n.33

Idem & de legitima parentum rectè dicitur. 19.n.116

Idem obtinet in muliere, quæ dotis ratione mariti bona detinet. 3.nu.46

Idoneus dicitur, non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex convenienti facilitate. 104.n.20

Ignorantis non contemnit. 82.n.25

Ignorans nunquam conſentire, & approbare dicitur. 78.n.185 15.n.162

Ignorans non cenſetur ratificare ea, quæ ignorat. 15.n.163

Ignorantia atque error potius in ſcriptura præſumitur, quam repudiatio, vel renunciatio. 78.n.87

Ignorantia privilegii conſiſtit in facto, eſtque iuſta. 82.n.77

Ignorantia temporis petendæ Inveſtituræ eſt iuſta, & vaſallus, & Emphyteuta propter eam nō cadunt à jure ſuo, nec feudo privari poſſunt. 82.n.78

Ignorantia iuris dubii, & facti alieni, excuſat à pœna, & omni culpa. 82.n.75

Ignorantia iuris per ſe dubii, æquiparatur ignorantiæ facti alieni. 82.n.73

Ignorantia ut in genere traditur, præſumi debet. 15.n.160

Illa præſumtio, quando quis in continenti non præſumitur facere contraria, levis eſt, ſi alia non concurrant. 113.n.25

Illa quæ ſub- & obreptitiè aguntur, per ſe annullantur, & pro nihilo habentur. 105.n.42

Immiſſio pro modo debiti fieri debet. 16.n.8.96.n.4.29.n.2

Immiſſione obtenta, Creditor pignus jure retinet: donec ei ſatiſfactum fuerit. 16.n.11

Impenſas amputari, & litibus finem imponi, ad officium magiſtratus pertinet. 78.n.22

Imperator eſt Iudex in cauſa Imperii & fiſci. 59.n.31. *Maxime, ſi cauſam deleget ſuis Conſiliariis, vel aliis arbitris.* 59.n.32

Imperator Marcus Antoninus in cauſis fiſci nunquam fiſco favit. 106.n.2

Imperatoris eſt, ferre leges, eaſdemque interpretari: ſubditorum vero legibus obedire. iudicum eaſdem exequi. 96.n.6

Imperatorum chriſtianorum ſtudium in convocandis Synodis. 110.n.104

Imperatoris reſcripta, quæ ſunt contra jus, ab omnibus judicibus refutari debent. 77.n.117

Imperfectio voluntatis magis vitiat, quam ſolennitatis & formæ extrinſecæ. 15.n.137

Imperfectum in jure pro nullo habetur. 15.n.130

Impium eſt, atque crudele, ultimam defuncti voluntatem negligere. 15.n.39

Impulſiva, ſive finalis cauſa cenſetur, quæ in exordio, ſeu proœmio alicujus diſpoſitionis ponitur. 45.n.23

Imputandum eſt ei, qui cum potuerit, privilegio legem non dixerit apertius. 27.n.53

Imputare ſibi debet, qui non ſpecialibus, cum potuerit, egerit. 27.n.50

In actibus, qui non jure noſtro, ſed iure amicitiæ, & familiaritatis, atque gratioſè fiunt, nulla acquiritur quaſi poſſeſſio iuris, etſi centum vicibus, vel ultra fiant. 58.n.154

In actu corā iudice, præſumitur adeſſe teſtium multitudo. 23.n.136

In æquiparatis idem ſemper eſt judicium. 111.n.30

In alimentis, matri aut ſorori conſtituendis, tutor ſine reprehenſione, auctor fieri pupillo poteſt, ad donandum, decreto ſcilicet interveniente. 37.n.236

In allodialibus bonis pro indiviſo poſſeſſis, uno fratrum mortuo, ejus filii ſocietatem ineunt. 64.n.33

In allodialibus, ſororum liberi, æque ac liberi fratrum, avunculo, & reſpective patruo, æqualiter in capita ſuccedunt. 64.n.10

In ambigua voce legis, ea potius eſt accipienda ſignificatio, quæ vitio caret præſertim, cum & ex hoc colligi voluntas legis poſſit. 40.n.24

In arbitrio patris eſt, uni ex liberis relinquere plus, quam alteri: eoſque ex portionibus inæqualibus inſtituere, dummodo ſalva ſit legitima. 15.n.74

In bello civili, an liceat filio occidere patrem. 110.n.87

In brocardico illo: Si non valet ut agitur, valeat quocunque modo valere poteſt: differentia facienda eſt inter materiam & formam. 71.n.20

In cauſis diffamationum duplex vulgo iudicium dignoſcitur. 105.nu.39

In claris, coniecturis & declarationi nullus eſt locus. 59.n.36

In conceſſione quantumvis generali nunquam comprehenduntur regalia, niſi in ſpecie actum appareat. 117.n.4

In Camera Imperiali impune omitti poteſt apoſtolorum requiſitio. 95.n.3. Neceſſitas petendi apoſtolos hodie conſtitutione Imperij eſt ſublata, uti & Iure Saxon. nu. 4. ibid. Et conſuetudo Sileſiæ eſt, ut petere apoſtolos non ſit neceſſe. n.5. ibid.

In cauſa reſtitutionis perpenditur res, an ſcil. et expediat minori, potius à conventione diſcedere, quam in ea ſumma, contra quã vult reſtitui, ſibi præjudicatum eſſe. 37.n.182

In caſu dubio ſententia pro libertate fertur. 58.n.230

In cauſa poſſeſſionis dubia abſolvendus eſt reus: ſive in dubio abſolutoria, pro reo ferenda eſt ſententia. 58.n.232

In claris neque Princeps poteſt dicere: hæc fuit mea intentio. 59.nu.41

In claris ſtandum eſt verbis, nec ulterius quærendum. 26.n.2

In communione poſſeſſio non, ſed ea ſſa tantum unius aut alterius fratris in communione morientis, mutatur. 106.n.76

In conceſſione paſcuorum, aquarum, aliarumque commoditatum etiam regalia conceſſa intelliguntur. 106.n.39

In concurſu domini feudi, & alterius hic non habet plus Iuriſdictionis, quam ſi probet, quando & quomodo eam acquiſiverit. 2.n.25

In conventione de augmento dotis, à veteribus pactis non videtur receſſum, ſed potius ea tacite videntur repetita. 37.n.55

In contractu emtionis venditionis ſemper contractum implere prius cogitur, qui prior agit. 43.n.24

In conceſſionibus ſemper inſpiciendum, quid principaliter actum. 27.n.174

In conditionibus primum locum obtinet voluntas defuncti: eaque regit conditiones. 62.n.8.36.n.68

In conditionibus teſtamentorum, voluntas potius, quam verba conſiderari oportet. 62.n.9

In cauſis feudalibus, de ſimilibus, ad ſimilia procedere licitum eſt. 82.n.89

In conjunctionibus ſemper ſpectandum non ſolum, quid liceat, ſed etiam, quid honeſtum ſit. 6.n.21

In contemplatione percuſſionum recurrendum eſt ad judicium medicorum quorum ſtandum eſt judicio. 103.n.16

In contractibus ſtricti juris, nihil venit, niſi quod eſt expreſſum à contrahentibus. 66.n.19

In contractibus leges ac mores loci, ubi res iacet, & contractus eſt celebratus, intueri oportet. 78.n.101

In contractibus non fit extenſio, de re, ad rem, neque de perſona ad perſonam, ne quidem ex præſumta, & veriſimili mente contrahentium, vel tranſigentium. 27.n.114 155

In contractibus, ſive ſtipulationibus, quæ ſtricti juris ſunt futura contingentia locum ſibi non vendicant. 27.n.162

In contractibus nullum verbum otioſum. 49.n.8

In contractibus magis ſpectanda voluntas, quam verba contrahentium. 61.n.9.78.n.76

In contractibus ne Syllaba quidem debet eſſe ſuperflua. 13.n.42

In contractu acceſſorio, omnes qualitates, pacta atque circumſtantia primi & principalis contractus cenſentur repetita. 116.nu.40

In criminalibus, à captura faciendum proceſſus initium. 86.nu.2

In criminalibus probationes ad condemnandum oportet eſſe liquidiſsimas. 109.n.28

Indeterminatum eſt quod in genere ſignificatur. 82.n.11

In dubio præſumitur quid factum, ob cauſam neceſſariam. 58.n.136

In dubio pro teſtamento potius pronunciandum, quam contra illud. 115.n.33

In dotis conſtitutione, etiam bona feudalia, & ea qualiacunque conſiderantur. 37.n.204

In diſpoſitione paterna omnes juris ſolemnitates remiſſæ ſunt. 15.n.3

In ducatibus Schwidnicenſi & Iauravienſi, feuda ſunt impropria, in quibus etiam fœminæ ſuccedunt. 88.n.23

In dotalitiorum conſtitutione, obſervandus eſt mos & uſus provinciæ. 39.n.27

In donatione remuneratoria curatorem uxori dandum non eſſe, defendi poteſt. 3.n.113. Conſuetudine aliud obtinet.

In dubio ea ſemper amplectenda & præferenda eſt ſententia, quæ pro Eccleſia, pupillis, fœminis, ſimilibuſque perſonis aut cauſis favorabilibus, militat. 81.n.60

In dolo heres, qui aliquid facit ſui lucri & decipiendi cauſa. 78.n.79

In dubio præſumitur, quempiam rem poſſidere pro ſuo, ut dominus, non ut vaſallus. 63.n.10

In diſtributione præmiorum legitimi merito præferuntur. 46.num 7.

In diſpoſitione paterna inter liberos, ſemper tacite ſubintelligitur clauſula codicillaris, etſi nominatim addita non fuerit. 35.nu.8

In donatione favore libertatis tertio quæritur actio, ex illa ſtipulatione. 3.n.185

In dotis æſtimatione, conſuetudo patriæ, præciſe obſervanda, & conſideranda eſt. 37.n.129

In dotis conſtitutione, habetur ratio bonorum, dignitatis, perſonarum, & conſuetudinis loci. 37.n.13

In donatione propter nuptias, mulier non minus, quam in dote creditoribus hypothecam anteriorem non habentibus, præfertur. 79.n.23

In dote ſororibus conſtituenda, varia circumſtantia conſiderantur. 37.n.125

In delictis contra delinquentem interpretatio eſt facienda. 103.n.14

In dotis controverſia, fratres de lucro captando, ſorores autem de damno vitando certant. 37.n.174

In dubio ſemper tenenda opinio, per quam voluntas ultima defenditur. 70.n.17

In donatione remuneratoria requiritur expreſſa & ſpecialis meritorum enumeratio. 4.n.24

Indefinita æquipollet univerſali, ſi in uno, ſub indefinita contentorum, non ſit major, vel minor ratio, quam in altero. 27.n.150

In diſtractione rerum debitoris præferuntur agnati. 112.n.8

In donationibus, quæ actis inſinuantur, non adhibentur teſtes. 23.n.134

In electione mulieris eſt, utrum, illata ſua repetere, an dotalitio contenta eſſe velit. 41.n.46

In faciendi obligationibus præſtando intereſſe liberamur. 79.n.16

In feudo antiquo collaterales ſuccedunt in infinitum, etiam ultra milleſimum gradum. 59.n.79

In feudo novo, poſt filios, fiſcus ſive Dominus: in antiquo autem collaterales maſculi ſuccedunt. 32.n.2

In feudo paterno, vel antiquo, fratres & fratrum liberi, & ulteriores agnati ſuccedunt. 67.n.2

In feudi antiqui alienatione, præter domini conſenſum etiam agnatorum requiritur. 106.n.34

In feudo antiquo Collaterales ſuccedunt in infinitum. 106.n.80

In feudis, peculiaris cuiuſque loci conſuetudo, ubi illa ſunt ſita, attendenda venit. 82.n.91

In feudis interpretatio in dubio fit pro vaſallis, & contra dominum, ut concedentem. 59.n.50

In feudis ſemper ad principium, & originem recurrimus. 83.nu.65

In feudis, inter collaterales ultra fratres, & fratrum liberos, omnis ſuccedendi ratio, à verbis inveſtituræ regulatur. 67.n.19

In feudis poſt fratres, & fratrum liberos, ad ſucceſſionem admittuntur, qui vaſallo proxime defuncto gradu eſt proximior, ulterioribus excluſis. 67.n.14

Quod non ſolum in maſculis, ſed fœminis etiam obtinet, quando vigore inveſtituræ vel ſtatuti ad ſucceſſionem feudi vocantur, ita quidem, ut maſculos ulteriores excludant. 67.n.15

In feudis hoc eſt ſingulare, ut fœmininum non comprehendatur ſub maſculino. 115.n.80

In feudo conceſſo pro ſe, & omnibus, vel quibuſcunque heredibus, maſculinum, non etiam fœmininum comprehenditur. 115.nu.81

Niſi ſub hac conceptione verborum vocata ſit fœmina: ut tum maſculis

maſculis ſuccedat. 115.n.82
Sive etiam cum feudum ita datur, vt fœmina ſuccedant ſicut maſculi. 115.n 83
In feudo novo, ſive hereditarium ſit, ſive ex pacto & providentia, pater filijs præiudicare poteſt. 8.n.8.40
In feudorum acquiſitione, radix ſemper attenditur. 115.n.165
In fideicommiſſis non tam verborum, quam voluntatis ratio habetur: &, ex mera etiam coniectura proceditur. 5.n.50. 64. nu. 16.72
In fideicommiſſo filius intrat in locum patris. 64.n 14
In fideicommiſſis poſteriores voluntates ſunt firmiores: & ſufficit, ſi teſtator dicat, Panteo, 36.n 66
In fideiuſſionis obligatione multum ſtricte & limitatè proceditur. 49.n.14
In fideicommiſſo, prohibitio ſpecialis, & expreſſe facienda à teſtatore, ad huiuſ effectum, vt heres quartam Trebellianicam non detrahat. 33.n.9
In foro etiam Saxonico ſequimur ius commune in caſibus in quibus ius Saxonicum contrarium expreſſe non ſanxerit. 24.n.26
In fraudem alienatum dicitur id omne, quo fit, ut deſinat habere creditor, quod habet, vel habere poteſt, ac debet. 61.n.20
In fraudem fit, quoties aliquid de bonis minuitur, quo creditor cavere cogitur. 1.n.15
In Gallijs, licet à Parlamento ad Regem ſupplicetur, nihilominus tamen cauſa ijs, qui primo iudicarunt, revidenda committitur, additis inſuper alijs, 77.n.127
In generali conceſſione Principis, omne ius ſuum, quod ad ipſum pertinet, venire ſolet. 77.n.112
In generali diſpoſitione, non veniunt inſolita, & inconſueta neque ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus. 77.n.176
In genere aliquid allegare non ſufficit, niſi etiam in ſpecie id ipſum probetur. 58.n.234
In Gerada per lineam rectam devoluta, locus eſt in deſcendentibus iuri repræſentationis. 28.n.15
In Gerada per lineam collateralem devoluta, iuri repræſentationis plane locus non eſt, 28.n 17
In heredem, non modo iura activa, ſed & paſſiva tranſeunt, adeo, vt ſi inventarium non fecerit, etiam vltra hereditatis paternæ vires teneatur. 44 n.4
In his, quæ fiunt, non tam factum, quam animus & intentio facientis ſpectari debet, ut ſciamus, quo fine unumquodque ſit habendum. 58.n.185
In his, quæ meræ facultatis ſunt, nulla cadit conſuetudo, vel præſcriptio, niſi præcedat prohibitio, & homines prohibitioni acquieſcant per tempus, quod ad præſcribendum ſufficit. 77. nu.17.58.n.180
In his, quæ apud acta geruntur, omnis fraudis & circumventionis ſuſpicio ceſſat. 7.n.95.23.n.139
In his, quæ probationis ſunt difficilis, probationes admittuntur per indicia, præſumtiones & coniecturas. 59.n.122
In homicidio confeſſato hoc reum relevat, ſi ſit integræ frontis, famæ & vitæ pacificæ & benevolæ. 94.n.10
In illa diſpoſitione, quæ odioſa eſt, ac communem impedit vtilitatem, vel ſervitutem introducit, appellatione perſonarum Reſpublica non comprehenditur. 116.n.49
In Inventarium redigenda & annotanda ſunt omnes res mobiles & immobiles, commoda & incommoda, & qualibet res alia in hereditate reperta 97.n.28. Quando heres in conſcribendo Inventario ſive in materia, ſive forma peccavit: vel nullum confecit inventarium, quod talis caſu mediante iuramento res hereditatis patefacere teneatur. 97.n.29
In ijs, quæ in arbitrio iudicis poſita ſunt quando non ſtatim liquet, quod iuris, ſæpe media via electa iudex etiam inferior dividit rem petitam æqualiter, vel compellit partes ad amicabilem, compoſitionem. 117.n.49
Quod multo magis facere poteſt Princeps interveniendo, vel declarando, maxime inter ſubditos, inter quos etiam Princeps in cauſa propria ius dicere poteſt. n.50
In iudicio, uti poſſidetis fertur ſententia, pro eo, qui docuit, adverſarium, a quo turbatus eſt, non poſſidere, neque poſſediſſe. 58.n.218
Quin &, ſi eorum alter iuſte, alter iniuſte poſſideat, pro eo, qui iuſte, vel certe iuſtius poſſidet, fertur ſententia. 58.n 219
In iudicio poſſeſſorio poſſeſſionem deducere ſufficit. 58.n.2
In iudicijs ſummarijs iuramentum calumniæ non exigitur. 87. n.6
In iudicio uti poſſidetis, articuli, & depoſitiones, ſive deductiones, de proprietate, non ſunt impertinentes. 58 n 224
In iudicando illa ſententia præferri debet, quæ doti favet, etiamſi unius tantum ſit Doctoris. 17.n 43
In iudicio hi præferendi, qui certant de damno vitando, quam qui de lucro captando. 89.n.6
In ius vocatus, quiſve alterius fori eſſe cœpit, in ea cauſſa, ius revocandi forum non habet, quaſi præventus. 105.n.24
In iuriſdictionibus concurrentibus, quando duo parem habent iuriſdictionem, primo adito & requiſito, præventa iam eſt iuriſdictio, ut ad alterum poſtea non detur regreſſus. 105. nu.22
In individuis nihil factum intelligitur, donec aliquid faciendum ſupereſt. 15.n.127.128
In inſinuatione non requiritur decretum nec cauſa cognitio. 4. nu.54
In iſtis caſibus, in quibus alienatio prohibetur, ſive à lege, ſive per teſtatorem, nedum perſonalis oritur obligatio: ſed etiam dominij tranſlatio impeditur. 116.n.66
In Inveſtituris inprimis attendenda ſunt forma pactitia, conſuetudo, & his deficientibus, ius commune. 83. n. 4
In individuis beneficium uni competens, etiam alteri prodeſt. 53. n.14
In læſione probanda tempus contractus & bona, qualia tunc fuerunt, ſpectari oportet. 37.n 70
Quod & in ſpecie de reſtitutione, quam minores petunt, ſtatuendum. 37.n.71
In legatis & fideicommiſſis ſemper noviſſima & vltima voluntas eſt ſervanda. 36.n.65.37.n.39
In legatis ſtricta fieri debet interpretatio. 24.n.16
In fideicommiſſis voluntates poſteriores ſunt firmiores, & ſufficit, ſi teſtator, dicat: Panteo. 37.n.40
In legitimam non imputantur illa, quæ debentur & acquiruntur alio, quam hereditatis iure. 40.n.4
In legitimam imputatur omne id quod ex patrimonio vel ſubſtantia defunctorum parentum, ad liberos pervenit. 40. nu.2
In linea collaterali ad ſucceſſionem omnes & ſinguli, quotquot bonorum adſpirare cupiunt, eodem contendunt iure agnationis. 67.n.10
In linea deſcendenti, nedum inter collaterales, hereditas primo defertur legitimis ad illegitimos vero non niſi in defectum legitimorum, devolvitur. 46.n.5
In mala fide dicitur, ſi titulus reddatur, ad non titulum. 58.num. 152
In monumento hereditario, quod quis fecit pro ſe, & heredibus, liberi non habent ius ſepeliendi, ſi non ſunt heredes, niſi longo tempore præſcripſerint. 58.n.245
In matrimonijs contrahendis pudor naturalis inſpiciendus. 6. n.23
In mora non eſt, qui ſe legitima exceptione tuetur. 78 n.4
In mora non eſt, cui parata eſt actio in id, quod intereſt. 78.n.5
In mora non eſt, qui dilationem habet à lege, ac legitima exceptione ſe tueri poteſt. 81.n 38
In nobilitate, privilegia & conſuetudo locorum attendi debet, & nobiles cenſentur, qui conſuetudine, pro nobilibus habentur. 115. n.52
In nulla unquam diſpoſitione, perſona extrinſecus ſubaudienda. 20 n.82
In notorijs non eſt opus probatione: neque iudicis declaratio in iis requiritur. 58.n.61.37.n.87
In obligatione generali, & pignore bonorum, etiam actiones nomina, & iura veniunt. 61.n.10
In obligatione quiſque nummus certo valore æſtimatur: & in dubio æſtimatio importat emtionem. 114.n.22

In obligationibus ſpectatur tempus contractus. 81.n.41.114.n.27. 27.n.111. Ex eo, de natura & forma contractus judicatur. n.112

In obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe: ideoque ad factum præciſe compelli nequit, ſed præſtando intereſſe liberatur, qui facturum ſe quid promiſit. 71.n.33

In odium & præjudicium alterius nihil moliri debet. 15.n.204

In omni alteratione feudi conſenſus eorum, qui jus ſuccedendi habent, requiritur. 83.n.70

In omni ſtatuto, conſenſus ſuperioris requiritur, maxime, ſi in illo ſtatuto diſponatur de iis, quæ Principi ſunt reſervata. 59. nu.29

In omni diſpoſitione id habetur pro expreſſo, quod diſponens interrogatus veroſimiliter expreſſiſſet. 116.n.51

In omni actu, clauſula hæc, ſalvo jure tertij, etiamſi addita non eſſet, tacitè nihilominus ſubintelligitur. 25.n.17

In omnibus æquitatis, quam ſtricti juris, major habenda ratio. 41.n.51

In omni actu humano, vt ſubſiſtat, non ſufficit adeſſe enixam voluntatem niſi & poteſtas adſit, & juſtitia, ſeu legis adſiſtentia, vt ſi vnum deſit, actus habeatur pro nullo. 115.n.54. Adeo etiam in legitimationibus hæc attendenda veniunt. 115.n.55

In omnibus judiciis perſonæ legitimatio ante omnia, & ab initio ſtatim omnino requiritur. 55.n.6

In omni actu requiritur illorum conſenſus, quibus illo actu, modo quolibet præjudicatur. 23.n.62

In ordine, qui prior eſt, magis quoque à defuncto dilectus judicatur. 8.n.13

In ordine collateralium. ex ſola gradus prærogativa, vltra fratres, & fratrum liberos, inter vlteriores agnatos & cognatos, fit ſucceſſio. 67.n.13

In ore duorum vel trium ſtat omne verum, ipſo Salvatore aſſerente, 109.n.5

In pactis dotalibus licitum eſt inſtituere heredem. 23.n.129

In pactis dotalibus rectè conſtituuntur fideicommiſſa. 23.num. 130

In pactis dotalibus quædam valent jure contractus: quædam in vim ultimæ voluntatis. 23.n.112

In pecunia, quam pater de ſuo impendit, ad emtionem feudi, liberi nullum jus habent, vivo parente. 37.n.107

In periculo dudum verſari dicitur, qui in eo ſtatu poſitus eſt, ut periculum incurrere poſſit. 14.n.10

In pleriſque juris articulis fœminarum conditio eſt deterior, quam virorum. 115.n.97

In petitione hereditatis vniverſæ attenditur ſtatutum, vel conſuetudo loci, ubi bona defuncti ſunt ſita, inque iis, ſecundum loci conſuetudinem, ſucceſſio admittitur. 19.n.98

In poſſeſſore, etiam putativum titulum habente, bona fides præſumitur. 113.n.16

In poſſeſſione ſua, quilibet tuendus, nec ab ea, citra ſufficientem cauſæ cognitionem, removendus. 58.n.72

In principe duo concurrunt: Perſona & ſignificatio. 59.n.10

In privilegiis oratio indefinita æquipollet vniverſali. 59.n.94

In privilegio nemini verbum otioſum & ſuperfluum eſſe debet immo neque etiam ſyllaba. 77.n.50

Idque in omni diſpoſitione, qualiſcunque illa ſit, locum habet. 77. nu.51

In præjudicialibus tacens non videtur conſentire. 1.n.19

In præjudicialibus, requiritur conſenſus verbis vel factis expreſſus. 5.n.24

In præjudicium alterius non licet mutare conſilium: & quod omnes tangit ab omnibus probari oportet. 60.n.11

In quibusvis individuis & connexis reſtitutio conceſſa minoribus, etiam majorennibus conceditur. 53.n.20

In dividuis nemo gaudet beneficio alterius, quod per ſe ipſum habere nequit. 53.n.21

In quolibet actu attendendum, quo nomine intuitu & contemplatione aliquid dictum & factum ſit. 27.n.190

In quolibet feudo, dominus jus directi dominij: & vaſallus utilis dominij ſive uſumfructum habet. 71.n.26

In quavis materia conſideratur habilitas perſonæ in tempore quo caſus de quo quæritur, occurrit. 115.n.183

In re clara & ubi id, quod volumus verbis expreſſis determinatum eſt nullis amplius conjecturis opus eſſe videtur. 26.n.1

In renunciationum cauſis à caſu ad caſum à perſona ad perſonam à re ad rem non datur extenſio. 20.n.121

In reſtitutione adverſus dotem læſio parva non ſufficit ad reſtitutionem intuitu ætatis impetrandam. 37.n.178

In re propria quilibet habet liberam facultatem & voluntatem donandi vel alienandi. 45.n.47

In ſucceſſione feudi proximitas perſonæ nuper defunctæ non primi inveſtiti attenditur. 82.n.6

In ſucceſſore dignitatis extincta perſona concedentis extinguitur privilegium quando res eſt integra. 117.n.37

In ſaxonicis provinciis raro ex feudis etiam maxime opimis ultra mille florenos in dotem dari ſolent. 18.n.16

In ſepulcrum hereditarium mortuos inferre non licet iis, qui heredes non ſunt niſi forte humanitatis ſaltem gratia & ex cauſa neceſſitatis ſepeliri ipſis concedatur. 58.n.247

In ſepulcro familiari omnes heredes etiam extranei jus ſepeliendi habent. 58.n.242

In ſolutum datio quaſi emtio eſt. 66.n.14

In ſolutum accipiens quaſi emtor, vtili actione, pro evictione, contra debitorem vtitur. 66.n.15

In ſubſidium demum & aliis rebus non exiſtentibus re pecunia dotali emta dotalis efficitur. 39.n.32

In ſupplicatione locum habet iſtud vulgatum non deducta deducam, non probata probabo. 77.n.128

In taxatione dotis, tempus dotationis in computatione legitimæ tempus mortis attenditur. 36.n.55

In tertij arbitrio non eſt impedire aut evertere diſpoſitiones alterius ſed totum eſt ex jure & diſpoſitione legis. 23.n.156

In teſtamentis non minus quam in donationibus liber debet eſſe ſtylus & voluntas. 3.n.126

Ideo preces pro compulſione non habendæ. 3.n.127

In teſtamentis & codicillis poteſt fieri contractus de Iure Valdus. 23. n.102

In teſtamento inter liberos quoque legitima liberorum plene atque integre relinquenda eſt. 25.n.167

In teſtamento patris ſolennia omnia & ſingula adeo neceſſaria ſunt, ut ſi omittantur, teſtamentum etiam quoad liberos nullum ſit & invalidum. 15.n.153

In teſtamento militis non admittuntur conjectura à ſola lege extrinſecus conſiderata, quæ magis ex juris ſubtilitate pendent 7.n.75

In teſtamento apud acta facto relaxantur ſolemnitates juris, propter fidem & autoritatem publicam. 23.n.141

In teſtamento invalido nullo & imperfecto, fundata intentio cauſa haberi nequit. 18.n.59

In teſtamento ſi contrahitur pactum illud ſolummodo annullatur, non totus propterea contractus reſcinditur. 89. nu.14.

In teſtamentis pro expreſſo habetur, quod quis interrogatus ſe velle dixiſſet. 8.n.35

In toto jure generi derogatur per ſpeciem. 37.n.180.16.n.6

In toto jure, generi per ſpeciem regulæ per exceptionem derogatur. 58.n.207.16.n.22.1

In tranſactionibus interpretatio ſtrictius facienda quam in cæteris contractibus. 66.n.20.7.n.42

In tranſactionibus æque ut in contractibus ſtricti juris nihil venit niſi quod eſt expreſſum. 66.n.21

In uno quoque actu præjudiciali pars citari debet, alias quod agitur non valet. 97.num. 23. Etiam in notoriis citatio requiritur. 97.n.24

In utenſilibus, ſive Gerada cognatio ſola non vinculorum pluralitas aut graduum prærogativa conſideratur. 28. nu.11

Incertum illud eſt quod in genere conſiſtit. 82.n.10

Incertitudo eventus non tollit jus ſimultaneæ inveſtituræ. 82. nu.15

Incertitudo non remoratur actus effectum. 13.n.32

Incertitudo quantitatis actum, qui geritur non vitiat. 17. num. 35

Inciuile eſt, dubitare de eo, quod planum & expeditum iam fecerat obſeruatio. 23.n.71
Inutile eſt, partem adverſam ad exhibitionem eorum urgeri, quibus ſibimet ipſi negotium faceſſeret. 43.n.6
Incluſio unius eſt excluſio alterius: & inducta ad unum finem, non debent operari contrarium. 113.n.39.20.n.61
Inducta ad augmentum & favorem, non debent retorqueri ad odium, vel operari diminutionem. 113.n.40
Incrementum ac decrementum nummorum æſtimatorum, ad creditorem omnino pertinet. 114.n.23
Indefinita æquipollet vniverſali in ll. & teſtamentis, vbi de favore agitur: non in probationibus & contractibus, vbi de obligando agitur: Item valet, ſi eadem ſit indefinita ratio, non ſi repugnet: qualitatem præſentem non futuram reſpicit. 110.n.60.27.n.62
Indefinita ab homine prolata ita demum æquipollet univerſali, ſi materia ſubiecta neceſſario vera, & non contingens fuerit. 27.n.137
Indefinita non æquipollet vniverſali, vbi de ſeruitute agitur, quæ reſtrictionis eſt naturæ, & odioſa. 27.n.141
Indefinita locutio parit incertitudinem. 17.n.3
Indiuidua & communia pluribus in ſolidum ipſis, tametſi cuiq; pro ſua parte indiuiſa competunt. 20.n.26
Indiuiduitas obligationis facit, ut vnius exactionis condemnatio, non poſſit non contrahi ad alterum. 20.n.27
Inducta ad unum finem, non operentur contrarium. 78.nu.91. 52.n.111
Inductio quadam Menochii taxatur, & contra eundem communis opinio defenditur, diſtinguiturq; inter factum animatum & inanimatum. 110.n.13
Indulta in favorem, non ſunt in damnum retorquenda. n.2
Inædificatum ſolo & ædificio cedit. 68.n.1
Inæqualitas & diſparitas perſonarum inducit clandeſtinitatem. 115 n.48
Inæqualitatem, vt inimicam ſibi iura prohibent. 15.n.216
Infamia publica notatus, ab officio remouetur. 89.n.16
Inferior, non poteſt tollere legem ſuperioris. 58.n.129
Inhibitioni, qua quis poſſeſſione ſua priuatur parere nemo tenetur. 106 n 0
Inhumanum valde eſt, teſtatoris voluntatem ab heredibus non obſeruari. 15.n.84
Iniqua conditio alteri ad alterum inferri non debet. 29.numero 6.
Iniquum eſſet, hominibus ingenuis non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem. 45.n.49.7.n.54. Maxime verò in teſtando de rebus ſuis. 72.n.4
Iniquum eſt, hominis præſertim nobilis, liberam rerum ſuarum diſpoſitionem adimi. 37.n.108
Iniquum eſt iudices vel litigantes cogi de Patria exire. 77. num. 132
Iniquum eſt, quem ſub Principis fide decipi. 27.n.54
Iniquum eſt, pupillum in plures adverſarios diſtringi. 44. num. 17
Iniquiſſimum eſt, à quoquam hunc caſum exigere, quem nec prævidere, nec impedire potuit. 34.n.29
Initium cuiuſque rei eſt inſpiciendum. 25.n.44.115.num.166. Quod ab initio non valuit, tractu temporis non coaleſcit. 25.n.45
Iniuriarum tenetur, qui alicui in contumeliam litem movet, aut arreſtari facit. 86.n.24
Innocentium defenſio & præſidium favorabile eſt. 77.n.44
Irrationabile eſt imputare illi culpam, qui quid prævidere, aut diuinare non potuit. 34.n.28
Inſinuatio per donatarium, quàm per donantem recte poſtulari poteſt. 45.n.60
Inſinuatio quandocunque, etiam longo interuallo, poſt perfectam donationem, recte petitur. 45.n.61
Inſinuatio, numerus teſtium, & aliæ ſolennitates, in teſtamento adhibentur, ad euitandas fraudes & circumventiones. 7. n.94.
Inſinuatio non requiritur in donatione vitiſſitudinaria, & quæ ſit ob benemerita. 4.n.51
Inſinuationis neceſſitas locum habet in eo, quod excedit, in reſiduo autem ſubſiſtit & firma manet donatio. 7.n.86
Inſinuatio uno in loco facta etiam res, extra territorium, ſub alio iudice ſitas comprehendit. 23.n.133
Inſinuatio eſt loco teſtium. 70.n.32
Inſinuatio iudici poteſt fieri per mandatarium, dummodo conſtet de donantis voluntate. 70.n.33
Inſinuatio inter nobiles non ita ſtricte obſeruatur. 7.n.84
Inſpiciendum ſemper, quid principaliter actum ſit. 19.n.81
Inſpiciendum eſt quid euenire poſſit, ſi futura neceſſario ſtatum rei præſentem conſequantur. 27.n.168
Inſtaurari ſinita rerum iudicatarum non patitur autoritas. 39.n.47
Inſtitutio heredum, eiusq; interpretatio, non ſolum ex verbis, ſed & coniecturis euidentibus, elicienda eſt. 7.n.68
Inſtitutionem heredis, in teſtamento nullitn ſola coniectura inducunt. 7.n.69
Inſtitutioni inducendæ verba conditionalia non ſufficiunt. 7.n. 16
Intellectus articul 30. Landr. lib. 2. 3.n.182
Intellectus l. ſi ex duobus ff. de tutor. & ration. diſtr. ſhend. 20.n. 59
Intellectus & ratio l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. & ſeq. de oper. libert. 110.n.50
Intellectus l. liberto. 9. de obſeq. parent. & patron. præſtand. 110. n.82
Intellectus legis Seia. de donation. cauſ. mort. 3.n.100
Intellectus l. age cum Germanico. C. eod. 20.n.56
Intellectus l. ius familiarum. & l. ius ſepulchri. C. de relig. & ſumtib. funer. 58.n.249
Intellectus l. aſsiduis. C. qui potior. in pign. habe. 72.n.27
Intellectus l. 1. C. de tranſact. 20.n.53
Intellectus l. 4. C. de pact. conuent. 110.n.72
Intellectus l. vltim. C. de donation. 42.n.31
Intellectus l. omnium. C. de teſtament. 70.n.81
Intellectus l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. 41.n.13
Intellectus l. cum Aquiliana. §. ff. de tranſaction. 20.n.58
Intentionem eius, qui probare tenetur, dubiam reddere ſufficit: quod etiam in materia fauorabili verum eſt. 80.n.13
Inter contrahentes, quantum fieri poteſt, ſeruanda eſt æqualitas. 114.n.13
Interdicta retinendæ, & recuperandæ, ſibi inuicem ſunt contraria. 58.n.22
Interdicto vti poſſidetis agens, poſſeſſionem ſuam probare debet, & ſe poſsidere, & aduerſarium turbare ac moleſtare. 58.nu. 164
Interdicto non tenetur, qui iure non patitur. 58.n.203
Interdictum poſt tempus, antea cenſetur fuiſſe permiſſum. 58.n. 92
Interdictum de mortuo inferendo illi datur, cui ius eſt inferendi, & ſepulchrum faciendi, contra eum, qui debet ſeruitutem. 58.n.130.146
Intereſt Domini feudi, ſcire conditionem feudi, & an obæratos habeat vaſallos. 105.n.18
Intereſt minorennium, ſumtibus & litibus non vexari. 37.nu. 18
Intereſt noſtra, potius non ſolvere, quam ſolutum repetere. 13.n. 11
Inter hypothecarios plures, quorum par omnino erat conditio, & ratione temporis, & conſtituta hypotheca, eius cauſa potior eſt, cuius prius ſolutum fuerit. 25.n.55
Inter neceſſarios, maxime vero inter coniuges, non eſt tam ſtricta obſeruatio, quanta inter extraneos. 17.n.44
Interpretari eum effectum eſt, vt illa interpretatio in omnibus ſimilibus caſibus deinceps obtineat. 52.n.28
Interpretatio priuilegii Imperatori non ſolum ad requiſitionem partium, ſed alias etiam ex regia poteſtate competit. 117. numer. 71. Potiſſimum, quando de priuilegio ſuper regalibus, quæ aliàs ſupremo magiſtratui competunt, diſputatur. n.15

Interpretatio, quæ ex obſervantia communi deſumitur, omnes alias probationes ſuperat. 77. n 88. *Idq; obtinet licet ipſa verborum proprietas huic interpretationi non ſatis conveniat: non enim propterea minus illa, ſecundum ea, quæ obſervata fuerunt, intelligenda ſunt.* 77. n. 89

Interpretatio petenda & retinenda ab illis, qui id de cuius interpretatione agitur, condiderunt. 39. n. 59

Interpretatio pro actus validitate, aliis omnibus præfertur. 15. n. 19

Interpretatio illa potior eſt, quæ favet bono & intereſſe publico. 15. n. 92

Interpretatio facienda pro eo, qui certat de damno vitando, contra eum, qui de lucro captando, contendit. 24. n. 20

Interpretatio eſt dubii caſus emergentis declaratio. 59. n. 35

Interpretatio ea ſumenda eſt, ne quis indebite damnum ſentiat. 27. n. 185. *Neve altera partium decepta maneat.* 27. n. 186. *Sed fraus omnis & iniquitas excludatur.* 27. n. 187

Interpretatio facienda, contra eum, qui legem tranſactionis dicere potuerat apertius. 27. n. 55

Interpretatio ſemper fieri debet, ad evitandam contrarietatem. 40. n. 25

Interpretatio in conventionib. ſemper facienda ſecundum illud, quod proſciens interrogatus, veroſimiliter reſpondiſſet. 27. n. 18[illegible]

Interpretatio illa præferenda, per quam uterq; caſus ſatisfiat. 114. n. 24 *Et utrique parti conſulatur.* 114. n. 2

Interpretatio voluntatis teſtatoris fieri debet, ſecundum rationem & cauſam finalem. 26. n. 24

Interpretatio verborum nunquam tantum valere debet, ut melior ſenſus exiſtat. 36. n. 76

Interpretatio omnium optima, quæ ex obſervatione deſumitur. 23. n. 70

Interpretatio illa in dubio præferenda, qua damnum quis evitet, contra eum, qui agit de lucro conſequendo. 19. numero 112

Interpretatio calumnioſa eſt, ubi verba ſunt manifeſta & perſpicua. 59. n. 37. 38

Interpretatio facienda contra eum, in cuius fuit poteſtate, legem contractus apertius conſcribere. 27. n 51

Interpretatio illa in actu quolibet capienda eſt, ut ius alterius, quoad eius fieri poſſit, minime lædatur. 20. n 118

Interpretatio, per quam maior ſervatur æqualitas, amplectenda eſt. 15. n. 231

Interpretatio cuiusvis diſpoſitionis facienda ab obſervatione ſecuta. 27. n. 26

Interpretatio præferenda, quæ omnibus eam obligationem concernentibus, ex æquo competit. 114. n. 26

Interpretatio ea capienda eſt, per quam actus potius valeat, quàm pereat 3. n. 133. *Idem in donatione obtinet.* 3. nu. 134. *& magis in ſpecie, inter coniuges.* 3. n. 135

Mares pro ſe contra fœminas, in puncto ſucceſſionis feudalis, intentionem fundatam habere dicuntur. 115.nu 85. Omni iure maſculi in ſucceſſione fœminis præferuntur. nu. 86. ibid. Adeo vt etiam in feudo fœmineo maſculi ex fœminis deſcendentes fœminas excludant. n.87.ibid.

Maria Reginæ Vngariæ, Ludouici Regis viduæ in pactis dotalibus conceſſi ſunt prouentus ex auri argentique fodinis, poſt mortem regis, qui illic locorum Regi Vngariæ debentur. 106.nume. 38

Maritus cogitur mulieri conſtituere donationem propter nuptias: &, dotalitio non conſtituto, eius heredes, pro quantitate dotis illatæ, illud conſtituere tenentur. 39. nume.55. Præſertim, ſi conſtet de dote illata, quo caſu, heredes ad dotalitium conſtituendum, ſine omni exceptione, ipſo iure obligati ſunt. 39.nu.56

Maritus, poſt obitum coniugis, in eius mobilibus bonis, vltra dotem illatam ſuccedit. 41.n.2

Maritus aliis præfertur, in bonis mobilibus, vbicunque locorum illa reperiantur. 41.n.3

Maritus, poſt mortem vxoris, mobilia omnia conſequitur, exceptis vtenſilibus, quæ filiæ vel proximæ cognatæ deferuntur. 41.num.7. Item ſalua liberorum legitima, ſi aliunde haberi nequeat. 41.n.8.25

Maritus non debet priuari lucro dotis, ob ſubitam & repentinam coniugii diſſolutionem. 19.nu.13

Maritus iure Saxonico, poſt mortem prædefunctæ vxoris, lucratur omnia mobilia, non tantum habita in loco domicilii, ſed etiam omnia alia, in locis aliis exiſtentia. 19. numer. 50

Maritus, iure ſucceſſionis ab inteſtato, lucratur dotem numeratam, cum reliquis mobilibus. 41.n.24

Maritus donans aliquid vxori ad frequentem eius petitionem, calore iracundiæ facere videtur; adeoque illa donatio nulla eſt. 3.n.84

Maritus, ex bonis defunctæ vxoris, omnia mobilia lucratur, excepta gerada, quam proximæ cognatæ reſtituit. 40.num.12. 61.num.11

Maritus & vxor, conſtante matrimonio bona pro indiuiſo poſſident: vnde mulieri nulla competit alienandi facultas. 45. nu.37

Maritus rerum dotalium dominus eſt. 39.n 21

Maritus voluntati coniugis teſtantis conſentiens, iuri ſuo, quo ad iſtam portionem ſibi debitam, renunciare intelligitur. 61. nu.15

Maritus vxoris bona detinet, duntaxat quoad tutelam & adminiſtrationem. 4.n.56

Maritus renunciare poteſt lucro, quod ex bonis vxoris, vigore ſtatuti, ad eum pertinet. 3. numer. 24. Idem de vxore obtinet.

Maritus in rebus mobilibus vxori ſuccedit. 19.n.18

Maritus legans aliquid vxori præſumitur legaſſe animo compenſandi. 24.n.24

Maritus nihil omnino poteſt diſponere de illis bonis, quæ mulier habet extra dotem, & marito non tradidit. 4.n.47

Maritus, iure Saxonico habet vſumfructum omnium bonorum vxoris. 3 nu.20.70

Maritus omnia vxoris mobilia lucratur, ſalua tantum liberorum legitima. 3.n.71

Maritus eſt curator vxoris ſuæ ipſo iure. 45.n.38

Marito debentur mobilia vxoris, detracta tamen prius Legitima liberorum, vel parentum, ſi eam, ex aliis bonis defunctæ, conſequi nequeant. 19.n.85

Maſculi exiſtentia non obeſt fœminis primo ſcriptis, & ad ſucceſſionem in feudo vocatis. 8.n.15

Maſculi maiora onera ſuſtinent, rempublicam augent, dignitatemque familiarum conſeruant. 115.n.95

Maſculi ſubeunt onera publica, & patriam defendunt. 37. nu. 96

Maſculi conſeruant familias, non fœminæ: quæ nubentes in familiam mariti tranſeunt, eiuſque nomen & forum ſortiuntur. 15.nu.94

Maſculi fœminis ſunt digniores. 115.n.89

Maſculinum non continet fœmininum, in materia feudali. 32. nu 7

Mater tenetur liberos alere ex iure naturæ, licet exigua parens illorum bona reliquerit. 89.nu.5

Mater poteſt totum patrimonium donare vni filio, reſeruata aliis legitima. 25.nu.75

Mater filiæ Geradam ſola retinet, auia excluſa. 28. numer. 16

Mater liberos in poteſtate non habet, 73.nu.2

Mater ſuccedit liberis iure communi & Saxonico. 71.nu.2

Matre excluſa à ſucceſſione, etiam excluſi ſunt eius filii maſculi. 115.n.173

Matrimonium illud clandeſtinum eſſe perhibetur, quod non publice in Eccleſia, & adhibitis viſitatis ſolennitatibus contrahitur. 115.n.39

Matrimonium ius ſocietatis in ſe habere dicitur. 41. numer. 60

Matrimonia hodie non niſi publice in Eccleſia, adhibitiſque magnis & multis ſolennitatibus celebrantur. 115. numer. 38

Matrimonii honor & fauor in iure maximus eſt: & eius reſpectu, multa ſpecialia recepta ſunt. 46.n.8

Media

Google

Media poſita referuntur ad principium & finem. 13.n.52
Melioramenta ad eum pertinent, cuius facto & induſtria, prouenerunt. 23.n.80. *Siue facta ſint in re propria, ſiue aliena, ſiue ſint induſtrialia, ſiue ciuilia: ſiue incorporalia, ſiue corporalia.* 23.n.81. *Veluti, ſi ædes, ſtagna, piſcinas foſſas & ſimilia fecerit.* 23.nu.82
Melioramenta feudi & impenſa, condictione incerti, vel ex moribus repeti & condici poſſunt. 23.n.78. *Conceditur etiam eo nomine actio negotiorum geſtorum.* 23.nu.79
Melioramenta feudi cenſentur allodialia. 23.nu.72
Melius eſt intacta iura ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam, remedium quærere. 78.nu.23
Melius eſt præuenire, quam præueniri, vel accepto vulnere ſe vindicare velle. 94.nu.12
Melius eſt ſenſum magis, quam verba complecti. 75.nu.11
Memoria iuſti erit in benedictione. 89.nu.19
Mente capti comparantur in iure minoribus. 102.n.6
Mentem elicere non poſſumus, vbi verba prorſus deficiunt. 24.nu.8
Mora facultatis eſt ius illud, quod in exigendo pupillis competit. 81.nu.28
Merita tot ac tanta eſſe conſtare debet, vt æquent donatum. 4.n.36
Merum imperium eſt ex genere illorum, quæ non iure magiſtratus, ſed lege, SCto, vel principum conſtitutione ſpecialiter tribuuntur. 105.n.5. *Quod iuris & rationis eſt in parte, quo ad partem, in ſpecie, quoad ſpeciē: idem etiam iuris & rationis eſt in toto quoad totum, itemque in genere, quoad genus.* 105 nu.6
Metus litis, iuſtus eſt metus. 14.nu.14
Mille florens reputātur, pro dote magna, re & nomine. 37.n.121
Milliare à Ciuitatibus Saxoniæ, & tam in Sileſia, quam Luſatia circa ius praxandi introductum obſeruatur, 117.n.53
Miles, quoque modo vult teſtari, & heredem inſtituere, poteſt. 7.nu.70
Militare ius, & priuilegia, quo fine, introducta ſint. 7.n.77
Militem ita voluiſſe ſufficit: neque aliud dici poteſt. 7.nu.74
Minas ſi dixerit, ſe velle vindictam facere, intelligitur de vindictæ iure, non facti, vnde iniuria non præſumitur facta, niſi delictum aut offenſio ſit ſubſecuta. 86.n.28
Minæ, per modum iactationis dictæ, præſumuntur in dubio, ſi offenſio nulla ſubſecuta fuerit. 86.nu.29
Minora aduerſus diſtractionem pignoris, maxime ſi quando à prædeceſſore vel parente ipſius contractum ſit, non reſtituitur. 76.nu.9
Minor ex cauſa dotis, etiam ſine iudicis decreto, & autoritate curatoris, ſe obligare poteſt, maxime ad certam pecuniæ ſummam, quæ eſt res mobilis. 37.nu.171
Minor, vt tranſigendo læſus dicatur, neceſſaria eſt læſio grandis & enormis, non qualiſqualis. 37.n.19
Minor aduerſus omiſſam vel repudiatam hæreditatem reſtituitur. 53.nu.2
Minor alio cenſetur iure, quam maior. 53.n.6
Minori, pro maiori ſe gerenti, tam conſuetudine, quam facto, abbreuiatur tempus minorennitatis. 37.n.230
Minori competit reſtitutio aduerſus aditionem hereditatis.
Minore reſtituto aduerſus aditam hereditatem, in tantum locum habet ius accreſcendi, vt etiam coheres admittatur, ſi modo velit. 53.nu.18
Minori reſtitutio conceſſa non prodeſt maiori in indiuiduis. 53.nu.19
Minor, qui publice induſtrius eſt habitus, maior reputatur. 37.nu.229
Minore contra immixtionem hereditatis in integrum reſtituto, fratres quoque maiorennes in integrum reſtituuntur. 53.nu.13
Minores, quo læſi, reſtituuntur in integrum; totuſque actus, in præiudicium illorum geſtus, reſcinditur & annullatur. 89.nu.10
Minores reſtituuntur, contra quoſuis contractus, ſibi detrimentoſos, etiamſi curatores eos geſſerint. 37.nu.91
Minorennis reſtitutionem in integrum quærere nequit contra contractum, viuo parente initum. 76.nu.4
Minorum intereſt, non vexari ſumtibus, & expenſis litis. 35.n.25
Mittere in poſſeſſionem, & inbere poſsidere, expreſſe diſtinguuntur. 107.n.33.34
Mitius agitur cum illis, qui coacte officium aliquod ſuſcipiunt. 20.n.39.
Mobilia non circumſcribuntur loco, ſed cohærent perſonæ domini, cui deberentur, & ſunt de territorio ipſius, vbi habet domicilium. 19.n.51
Mobilia non magis ſeparari poſſunt à perſona domini, quam anima ſeparari poteſt à corpore ſuo. 19.nu.52
Modus acquirendi ille titulus ſiue Inueſtitura vocatur. 8.nu.50
Molendina, agri, vineæ, aliaque ex deſtinatione vaſalli feudo coniuncta, non efficiuntur feudalia. 23.nu.83
Monaſterium non poteſt retractare alienatio nem, à monacho, ante ingreſſum monaſterii factam, licet in fraudem illius alienatio facta fuerit. 45.nu.67
Monetæ valor ſi accreuerit, debitor poteſt deducere incrementum illud, quod veteri æſtimationi acceſſit: ſi decreuit, tenetur ſupplere valorem tempore contracti debiti conuentum. 114.nu.26
Mora creditoris in accipiendo commiſſa ipſi nocet omni modo. 29.nu.4
Mora non vergat in alterius, quam fruſtratoris detrimentum. 29.nu.5
Mora vel aliud quodcunq; factum patris pupillo nocet, 76.n.20
Mora non exigendo, vel non ſoluendo admiſſa, non creditoris, ſed debitoris conditionem facit deteriorem. 81.nu.31
Mora ſtatum obligationis non mutat, ſed perpetuat: & conditionem moratoris duriorem reddit. 81.nu.32
Mora ei, cui facta eſt, per ſe præſtat id, quod habiturus eſſet, aut habere potuiſſet, ſi mora ei facta non fuiſſet. 81.nu.33
Moram qualibet iuſta cauſa excuſat. 81.nu.34
Mora proprie non committitur ſine culpa. 81.nu.36
Mora non annumeratur, quod optima ratione, & iure ſit permittente. 81.nu.37
Moribus, vel conſuetudine induci nequit, ne mulier in dote, & donatione propter nuptias habeat hypothecam in bonis mariti, atque aliis creditoribus, poſteriorem habentibus, præferatur. 79.n.41
Mors nunquam ſoluit affinitatem, quantum ad prohibitionem matrimonii attinet. 6.nu.19
Mors probatur per vocem publicam & famam: & ſi quis diligenter inueſtigatus, nuſquam eſſe inueniatur, præſumitur mortuus. 14.nu.11
Mori eſt fundamentum intentionis mortem allegantis. 14.n.7
Mors omnia ſoluit. 44.n.11
Mortis commemoratio non efficit donationem cauſa mortis, quoties aliqua obligationis cauſa præceſſit. 3.n.177
Mortis cauſa extraneo licet donare, fratre vel ſorore inuitis. 70.nu.3
Mortis cauſa donare, etiam abſque inſinuatione, cuique integrum atque fas eſt. 7.nu.81
Mortem hominis præſumtiue probari ſufficit, quia difficilis alioquin eſt probationis. 14.nu.3
Mortuo teſtatore, ſemper animaduertendum, an actiuam & paſſiuam teſtandi facultatem is habuerit. 100.n.2
Mortuo priore marito, mulieri viduæ nubere alii cui velit, nominatim & expreſſe liberum facit ius diuinum. 111.nu.2
Mulier ſiue fœmina, uē minor ignorare præſumuntur. 15.n.161
Mulier in feudo mariti ius retentionis obtinet. 100.nu.8
Mulier non poteſt per teſtamentum, vel vltimam voluntatem, marito auferre portionem, & bonis eius, ipſi debitam. 19.n.49
Mulier principaliter quidem ſe obligans; niſi tamen in rem eius verſa ſit pecunia, vel qualibet alia, ad quam principaliter ſeſe obligauit, SCt. Vellei. defenditur. 99.nu.10
Mulier, in donatione propter nuptias, tacitam habet hypothecam. 39.nu.19

Mulier

Digitized by Google

Mulier iure, ex pecunia dotali emta, non minus, quam in dote, priuilegium conſequitur. 39.nu.7

Mulier, ratione dotis, in concurſu creditorum, illis, qui poſteriorem expreſſam habent hypothecam, præfertur. 79.nu.29

Mulier ſequitur forum mariti: & vxoris bona afficiuntur legibus loci, vbi maritus habuit domicilium. 19.nu.89

Mulier, donationis propter nuptias petendæ & exigendæ facultatem habet, etſi dotem, conſtante matrimonio, marito non numerauerit. 19.n.40

Mulier in omnibus mariti bonis, non modo tacitam, ſed etiam expreſſam habet hypothecam, cum iure prælationis. 107.n. 4. Sed in Ducatu Brunſuicenſi, & aliis locis contrarium vſu receptum eſt. 107.n.5

Mulier, executioni, quam creditores petunt, opponere ſe ratione ſui iuris poteſt, & vti remedio retentionis. 39. nu. 50

Mulier aduerſus rei um dotalium poſſeſſorem, vendicatio directa, vel vtilis competit, ſi dos adhuc extet. 39.n. 82

Mulier non admittitur ad petendum id, cum contrarium non eſſet poſtulatura. 36.nu.27

Mulieres prorſus inhabiles cenſentur ad obeunda ſeruitia, propter quæ feuda dantur. 15.nu.102

Mulieres, ſine conſenſu & autoritate curatoris, res mobiles libere alienare vel donare poſſunt. 45.n.40

Muliebris Sexus fragilitate & infirmitate iudicii laborat, contra propria commoda, & multis captionum generibus exponitur. 45.nu.13

Mulieri neſas eſt, de lucro mariti per teſtamentum, vel vltimam voluntatem, quicquam interuertere. 41.nu.4. Niſi mulier, hanc poteſtatem, conſentiente marito, in pactis dotalibus, forte reſeruauerit. 41.nu.5

Mulieri cum dote, dotalitium conſtitutum debetur. 41. nu.62

Mulieribus neceſſario dantur curatores in iudicio ſuper qualibet actione, id eſt, ſuper quolibet negotio. 45.n.12

Mulieribus ita fauendum eſt, ne aliis fiat iniuria. 80.n.26

Muliere mortua, ante diem deſtinatæ ſolutionis, expirat in totum obligatio principalis. 19.nu.76

Multa dicuntur notoria, quæ non ſunt. 109. nu. 32

Multa extra iudicium per patientiam tolerantur, quæ in iudicio non ſubſiſtunt. 88.n.38

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra. 27.n.169

Multa ſunt licita, non tamen honeſta. 6. nu.22

Multa ſæpe tractantur, quæ tamen non perficiuntur. 15.nu.145

Multi inueniuntur, qui ad iniuriam alterius ſe crediteres iactitant. 25.nu.9

Mutanda non ſunt, quæ certam hactenus interpretationem habuerunt. 19.nu.86.41.n.20

Mutatio vel alteratio nemini nocet; neque auffert ius alteri quæſitum. 23.n.57

Mutatio non præſumitur, ſed probanda venit, 58.n.8. & 128. 74.nu.13.78.n.60.83.nu.61. Quod & in feudis ita ſe habere certi iuris eſt. 83.n.62

N.

NAtura docet, fidem eſſe ſeruandam. 116.n.11

NAtura & gentium ius, filias pariter cum filiis ad ſucceſſionem admittit in bonis parentum. 15.n.202

Natura non nouit differentiam inter liberos: ſed cum omnes qualiter ſint pars parentum, omnes quoque ad ſucceſſionem æqualiter vocat. 15.n. 203

Natura, quam cuique rei, vel actui, ius attribuit, facilius conſeruatur, quam eidem derogatur. 9.n.21

Natura omnes æquales in hanc lucem edidit. 110.n.1

Natura iudici geminas aures attribuit, vt vtramque partem, tam actorem, quam reum audiat. 86.nu.4

Naturalis æquitas non minus ac lex ſcripta iudicem iudicando mouere debet. 114.nu. 18

Naturalis ratio non patitur quicquam contra pactorum fidem fieri. 64.n.48

Nati ex fæminis excluſi, etſi mares ſint, in perpetuum excluſi cenſentur. 115.n.164

Nec Papa, nec Princeps poſſunt mutare teſtatoris voluntatem, eiuſque vltimum elogium. 115. n.37

Nec Eccleſiæ, nec capitulo eiuſdem ſubfeudare licet. 85. nu.33

Nec Imperator nec Papa, nedum priuatorum conuentiones efficere poſſunt, quo minus teſtamentum alicuius morte confirmatum, ſeruetur. 15.n.38

Nec fratrum vel aguatorum conuentio, vt pecunia ſit feudum valet, feudique naturam, pecunia, ne ex iurata quidem fratrum & aguatorum conuentione induit. 106.n.6

Neceſſe eſt, vt teſtes deponant, ſe tum fuiſſe præſentes, atque vidiſſe, cum à patre teſtamentum conſcriberetur. 15.nu.118

Neceſſitas alendi ſorores excluſas, a feudi ſucceſſione, nec habentes vnde viuant, ipſo iure iniungitur maſculo ſucceſſori. 10. num.9

Negato vel affirmato vno contrariorũ, non ſtatim negatur, vel affirmatur alterum, ſi adſit quoddã intermedium. 20.n.87

Negatio partis non negat notorium: neque rem facit dubiam. 36 nu.90

Negatiua oratio magis negat, quã affirmatiua ponit. 77.nu.57

Negatiua oratio omnem poteſtatem & facultatem auffert. 77. nu. 58. Oratio indefinita, negatiue prolata, æquipollet vniuerſali. 77.nu.59

Negatiua oratio, etiam inſolita, & quæ alias continere non ſolet, comprehendit. 77.nu.60

Nemo cum damno & incommodo alterius locupletabitur. 41.n. 17. Quod & in minoribus aeque pupillis: imo etiam in Eccleſia, procedit. 41.nu.18

Nemo cauere poteſt, quominus leges in ſuo teſtamento habeant locum. 21 nu.8. Alioquin tota illa obſeruatio teſtamentorum pro libitu teſtantium euerteretur, atque ita euerteretur ius publicum. 21.nu.9

Nemo præſumitur ſe velle onerare in infinitum. 36.nu.29. Similis caſus refertur de augmento dotis. nu.30

Nemo iuuare ſe poteſt ex eo, contra quod ipſe fecit. 116.nu.60 Sed ex ipſo oritur exceptio litis finita: Tu venis contra proprium factum. 116.nu.61

Nemo dat, quod non habet: &, non entis, nullæ ſunt qualitates. 39.nu.24

Nemo plus iuris alteri tribuit, quam ipſi competit. 39.n.25

Nemo alieno nomine poteſt agere ſine ſufficienti mandato: & quilibet procurator perſonam ſuam plene legitimare debet. 55.nu.5

Nemo eam ſupinus, vt emolumentum ſibi delatum vel iure debitum repudiet. 20.nu.114

Nemo decipi alterius verbis reſponſioneve debet. 112.nu.5

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet. 19. nu.78.54.n.15.58.n.182.100.n.39.115.n.172. 112.nu. 4

Nemo debet locupletari cum alterius iactura. 20.nu.84

Nemo de domo ſua tenetur arma adminiſtrare aduerſario. 43. nu.3

Nemo tenetur expectare primum ictum, aut aduerſarium prius cedentem. 94.nu.11

Nemo obligatur ad impoſſibilia. 34.nu.30

Nemo eam elegiſſe viam præſumitur, per quam iudicium ſuum ſubuertatur. 3.n.92.71.n.47.106.n.22

Nemo partim teſtatus, partim inteſtatus mortuus. 53.nu.8

Nemo in cauſa propria teſtis idoneus perhibetur. 109. num. 25

Nemo de iure ciuili, ante moram arreſtari aut exigi poteſt. 86. nu. 14

Nemo ius ſuum per renunciationem, vel alio modo remiſiſſe ac donaſſe alicui præſumitur. 64.n.7

Nemo deſerendus: ſed ope & defenſione quilibet ſubleuandus. 87.nu. 3

Nemo actum inanem condere velle præſumitur, & inutiliter agere, præſertim id, quod ſerio tractat, in re ſeria, vt eſt teſtamenti factio. 4.nu.2.70.n.74.115. n.126

Nemo facere poteſt, quo minus leges in ſuo teſtamento habeant locum. 61.nu.18

Nemo duplici onere aggrauati debet. 41.nu. 15. Qui ſentit onus, & incommodum, debet etiam ſentire commodum. 41.n.16

Nemo debet trahi extra ſuam prouinciam. 77.n.137

Nemo

Nemo ſine actione in iudicio, experiri poteſt. 61.nu.33
Nemo id, quod ſuum eſt, iactare præſumitur. 1.n.21. 20.n.93. 81.n.56.113.n.5
Nemo melius quam pater pro liberis ſuis conſilium capere credetur. 18.nu.8
Nemo facere poteſt, quod alteri obeſt, nec ſibi prodeſt. 16.n.23
Nemo præſumitur velle, quod expreſſe non dicit. 106.nu.20
Nemo, niſi autor ipſe ex fraudulento conſilio tenetur. 61.n.52
Nemo dolo agere videtur, qui iure ſuo vtitur. 45.n.64
Nemo debet locupletari cum iactura ſine damno alterius. 114.nu. 11
Nemo tacite renuntiaſſe præſumitur, qui non expreſſe renunciaturus crederetur. 78.nu.48
Nemo poſſeſſione ſua, abſque cauſa cognitione deturbandus. 48 nu.14
Nemo poteſt reuocare conſenſum, ſemel ipſo facto accommodatum. 5.nu.73
Nemo venire debet contra proprium factum. 20.n.45.27.nu. 56
Nemo dominus alicuius rei præſumitur, licet id in teſtamento aſſerat, ſed affirmanti probatio incumbit. 76.n.17
Nemo capi, arreſtari vel carcerari debet, niſi carcerationis aut capturæ cauſa præcedat. 89.nu.9
Nemini ius ſuum, quod habet, ſine facto ſuo interuerti, vel auferri debet. 82.nu.51
Nemini duplex onus aut grauamen iniungendum. 84.nu.10
Nepos ex filio, vel fratre, ſuccedit ex repræſentatione patris, qui ſucceſſurus erat, ſi vixiſſet: neptis vero ex filia, vel ſorore non ſuccedit, propter matrem iam dudum excluſam. 64. nu. 52
Nepos fratris, ab alterius fratris filio, vt & a patruo excluditur. 67.nu.16
Nepotes & neptes liberorum appellatione veniunt. 8.n. 36
Neque iuris, neque æquitatis ratio permittit, vt alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fiat. 43.nu.7. *Maxime inter Principes & nobiles, quorum pacta, & promiſſiones pro factis impletis habentur.* 116.n.13
Nihil ex hereditate lucratur heres, niſi deducto ære alieno, quid ſuperſit. 21.nu. 16
Nihil tam naturale eſt, quam eo modo vnumquodque diſſolui, quo conſtitutum eſt. 35.nu.2
Nihil eſt, quod lumine clariore fulgeat, quam recta fides, & obſeruantia in Principe. 116.nu. 26. *Vnde Ariſtoteles Alexandrum M. admonuit, vt promiſſa ſeruaret, alias malum finem ſubſequuturum.* 116.nu.27
Nihil eſt, quod magis debeatur hominibus, quam vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus. 5.nu.27
Nihil refert, a quo teſtes fuerint rogati, ſed ſufficit, quod vnus ab alio, & alter ab alio. 70.nu.55
Nihil adeo præcipuum eſt, firmum atque immobile, quin ſemper intelligatur, rebus ſic ſtantibus. 27.nu.144
Nihil tam congruum humanæ fidei, quam ea, quæ placuerunt, ſeruare. 3.n.157.16.nu. 11. 72. n.22
Nihil magis curandum, quam vt voluntas teſtatoris impleatur. 26.nu.11
Niſi emtori pretii partem pro euictione retinere liceret, noua cauſarentur lites, & expenſæ. 78.nu.21
Niſi ſubſit & valeat diſpoſitio, nulla inde naſcitur obligatio. 15. nu.221
Nobiles ratione ordinis Equeſtris, fauore nobilitatis atque publicæ vtilitatis, ſunt digniores, priuatiſque anteferendi. 116. nu.30
Nobiles ob generis dignitatem, ſine macula & vituperio non poſſunt aut debent fugere. 94.nu.19
Nobiles non tenentur fugere, cum probroſum ſit. 94.n.17
Nobilium natura eſt, maiorem referre gratiam. 3. n.109.4.nu. 40
Nomina debitorum, vt tertia bonorum ſpecies, ſub nomine mobilium, & immobilium non continetur. 50 nu.2
Nomine perſonæ non continetur ciuitas, vel Vniuerſitas. 116.nu. 47
Nominis alicuius ius conditionale, vel ad diem per contractum inter viuos cuicunque etiam extraneo cedi poteſt. 19. num. 24
Non omne, quod cuique videtur, confeſtim appellari iuſtum debet, ſed illud duntaxat, quod magis receptum eſt, 32. num. 47
Non tantum quiuis tertius pro ſuo intereſſe duobus litigantibus interuenire poteſt, adeo vt iudex teneatur vna ſententia omnium trium litem dirimere, 117.nu.9
Non ſufficit ex parte domini fundi ſeruientis, ab initio paſſum eſſe, ſed exigitur, vt toto tempore durantis ſeruitutis patiatur. 27.num. 92. *Ex parte acquirentis requiritur continua, ſiue ſucceſſiua, ad acquirendam & retinendam ſeruitutem vſurpatio.* nu.93
Non intelligitur aliud actum, quam quod in ſcriptura expreſſum eſt. 116.nu.64
Non verbis: ſed rebus, legem ſe imponere ait Imperator. 5.num. 49
Non ſufficit ad teſtamenti probationem, quod ſcheda aliqua ad teſtamentum faciendum ſit præparata. 15.nu.108
Non Entis nulla ſunt accidentia, nullæ qualitates nec effectus. 27.n.170.49.n.9.43.82.nu.17
Non ſcriptura dotalis confeſſionis, nec qualibet alia, ſed numeratio dotis, rem facit dotalem. 80.nu.14
Non ſufficit, aliquid eſſe in intentione: ſed neceſſe eſt, vt abeat in diſpoſitionem. 37.nu.151
Non vlterius præſcriptum, niſi quantum poſſeſſum. 2.nu.16
Non ſufficit, vt agnati admittantur ad rem feudalem, ſi ſe probant agnatos, niſi etiam doceant, ſe eſſe proximiores cæteris. 67.nu.45
Non ſolum verbis ſit declaratio voluntatis, ſed etiam ipſis rebus & factis. 100.nu.45
Non præſumitur quis allegare, aut dicere contraria, indeque in dubio id potius, quod certum eſt, ſequi debemus. 113. nu.36
Non attendendum iudici, quid vtile ſit temerario litigatori, ſed quid iuſtum & æquum. 97.nu.14
Non valenti agere, nulla currit præſcriptio. 102.nu.15
Non ſufficit, vt teſtes dicant, ſe agnoſcere ſcripturam teſtatoris ſibi bene notam & cognitam: tunc enim parum fidei illis tribuitur. 15.n. 117
Non omnis maris & fœminæ coniunctio iuſta eſt, ſed ea tantum, quam lex probat. 111.nu.4
Non eſt recedendum ab his, quæ certam habent interpretationem. 74.nu.6
Non cuiuſque rei fauor alteri damnum & præiudicium parere debet. 15.n.206
Non tantum factum, ſed etiam qualitas, facto adiecta probari debet. 94.nu.9
Non ſufficit aliquid allegari, ſed oportet etiam probari. 1.nu.65 76.n.19.115.n. 104
Non probat hoc neceſſario eſſe, quod contingit interdum abeſſe. 83.nu.3
Non valet pactum, vt creditori vltra vſuras legitimas, fundo vtatur, fruatur. 3.nu.47
Non priuilegiatus, concurrens in re indiuidua, cum priuilegiato, gaudet priuilegio priuilegiati. 53.nu. 16
Non ſufficit per recognitionem, factum eſſe feudale: niſi probetur, id recognitum eſſe expreſſe in feudum. 63.nu.16
Non in ore vnius: ſed duorum vel trium, conſiſtit veritas. 54.nu. 14
Non licet in alterius præiudicium voluntatem ſuam mutare. 112.nu.6
Non qualibet inobedientia heredis, ſed ea demum, quæ dolo fit, pœnam priuationis hereditatis meretur. 15.n.217
Non vſquequaque fauorabile cenſetur, quod per conſequentiam, in odium cuiuſquam detorqueri poteſt. 15.nu.207
Non eſt ſatis generaliter fieri, quod ſpecialiter fieri debet. 7.nu. 50
Non ſufficit dicere, teſtatorem voluiſſe, niſi eius voluntas tranſierit in diſpoſitionem. 37.nu.148
Non attenditur, vtrum Præſidis decretum interuenerit. 37.nu. 92

Non

Google

Non vocatus, ad aliquem actum, illi quoque ſubiectus non eſt. 23.n.63
Noſtra intereſt potius non ſoluere, quem ſolutum repetere. 78.n. n.6.95.nu.18
Noſtrorum temporum pernitioſa licentia. 110.n.107
Noſtrum non eſt, verbis aliquid addere, vel detrahere, 32.num. 37
Noſtrum quippiam dici nequit, priuſquam acquiratur, 32.nu. 43
Notarius, præter ſeptem teſtes, in teſtamento cæci, & eius, qui præ ægritudine, vel ex imperitia literarum ſcribere nomen hæredis nequit, hodierno iure omnino adhibendus in teſtamenti probationem. 71.n.63
Notarius, in cauſa propria, non poteſt fungi officio publico, quæq́; ſcriptura priuata, non pro ſcribente, ſed potius contra eundem probat. 92.n.8
Notarius abſentis loco donationem acceptare, & ratificare poteſt, ſine mandato. 70.n.37
Notarii ſubſcriptio, vel imbreuiatura, teſtamento nihil roboris tribuit, ſi cætera requiſita deſint. 15.n.159
Notarii, in confectione ſolemnis teſtamenti adhiberi debent. 21. nu.57
Notoria conſuetudo indigetari nequit, niſi quæ publice nota & recepta fuerit ab omnibus. 82.n.80
Notoria multa dicuntur, quæ tamen non ſunt. 58.n.208. 82.n. 62
Notoria non egent probatione. 36.n.88
Notorietas conſuetudinis, ipſaque conſuetudo, vt & ius quodlibet, neque ex ſcientia ſubditorum probatur, neque per ignorantiam eorumdem refutatur. 101.n.1
Notorium vt aliquid dicatur, ſententia declaratoria requiritur, 82.n.63
Notorium eſt, quod apud omnes, vel maiorem partem populi pro certo habetur. 82.n.66
Notorium dici nequit, quod controuerſum eſt & dubium. 82. n.67
Notorium & ſententia æquiparari ſolent. 37.n.88
Notorium releuat ab onere probandi: licet non releuet ab onere proponendi. 36.n.89
Nouatio dici nequit, quando prima & ſecunda obligatio ſunt compatibiles. 78.nu.54. Per nouationem tollitur pœna promiſſa. 78.n.55
Nouatio interueniſſe dicitur, quando primus contractus eſt alteratus. 49.n.29.78.n.51
Nouatio per ſecundam obligationem inducitur ſi fiat ſub commemoratione prima, quod ab illa recedere velint contrahentes. 78.n.66
Neceſſ. eſt, vt ſpecialiter & nominatim partes exprimant, quod receſſum ſit ab obligatione priori. 78.n.67
Nouatione facta perimitur prior obligatio, & debitor ab ea liberatur. 78.n.34
Nouationis effectus eſt, vt extincta obligatione priori, noua conſtituatur. 78.n.36
Nouatio iure nouo fit expreſſo, hac nimirum lege conuentioni addita vt priori obligatione ſublata poſterior valeat. 78.n. 57
Nouatio verbis expreſſis & perſpicuis facienda eſt. 78.n.58
Nouatio hodierno iure facta non intelligitur, niſi hoc expreſſe actum ſit. 78.n.59
Nouatio non præſumitur, ſed debet expreſſe fieri. 49. nu. 32
Nouatio expreſſe fieri dicitur, ſi coniecturis conſtet. 49. num. 33
Nouatio liberat fideiuſſores. 49.n.40.78.n.55
Nouatione ſoluitur nexus prioris obligationis. 9.n.39
Nouæ expenſa in caſu executionis cauſantur. 95.n.19
Nouum feudum efficitur, quando illud in extraneum, cum conſenſu Domini, & pacto, ſeu ſtatuto agnatorum alienatur, atque ipſe tanquam de nouo feudo, ſuper hoc inueſtitur. 31. num.8
Nouum & infrequens non eſt, vt quis diuerſo reſpectu duplicem perſonam repræſentet, & diuerſo iure ac diuerſis qualitatibus cenſeatur. 74.n.48
Nouum feudum eſſe cenſetur, ſi alienatio, ſiue refutatio feudi facta ſit generaliter, ſine contemplatione certarum perſonarum, accedente Domini conſenſu, & agnatorum, ad quas feudum erat reuerſum. 32.n.25
Nuda rei traditio, ſine reſignatio, nihil certi concludit pro feudi conſtitutione. 71.n.42
Nulla fruitur prærogatiua, aut prioritate, qui omiſerit ſolennitatem requiſitam. 43.n.22
Nulla diſpoſitio defuncti in bonis feudalibus, quæ præiudicium ſucceſſorum ſecum trahit, valet. 23.nu.7
Nulla eſt taciti pignoris obligatio, ſi res plene tradita & fides emtoris de pretio habita ſit. 107.nu.2
Nulla famoſa actio, ne quidem in factum, filio contra patrem datur. 110.n.94
Nulla lex, nullumque ſtatutum, extra verba illius legis, aut ſtatuti, extendi debent. 32.n.29
Nulla diſpoſitio; vel conuentio, ſi ſuſtineri poteſt, eo accipienda modo, quo inualida ſit. 4.nu.6
Nulla eſt conſtitutio, nulla lex, neque textus vllus, qui non admittat reſtrictionem, ampliationem, vel limitationem. 40. nu.19
Nulla oritur obligatio, ne ad intereſſe quidem ex diſpoſitione, cuius natura, genuinum, & æquitas ipſa reſiſtit. 15. numer. 210
Nulla ſeruitus cauſam habet naturalem. 27.n.146
Nullum, & inutile idem eſt. 1.n.42
Nullum maius eſt diſpoſitionis, ac mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas verborum inſpecta. 27.n.120. 49.nu.9
Nullum quod eſt, effectu quoque caret. 1.n.43
Nullum eſſe oportet, quicquid conſequitur ex eo, quod nullum eſt. 15.n.222
Nullum verbum in contractibus otioſe appoſitum cenſetur, atque ſine virtute operandi. 19.n.58
Nummi crediti in eadem forma vel materia reddendi non ſunt: cum æſtimatio nummorum ſit credita, non corpora. 114.nu. 29
Nummorum valore mutato, indiſtincte ſecundum eum facienda eſt ſolutio, quem habuerunt tempore contractus. 114.nu. 30
Nuncupatiue teſtari noluiſſe arguitur, ſi teſtator ſubſcriptiones, & ſignacula teſtium adhibuit. 21.n.48
Nuncupatiue teſtamenti forma eſt, vt illud, coram teſtibus nuncupetur, ſiue recitetur. 21.nu.39
Nuncupatiuum teſtamentum dici nequit, quando teſtator expreſſe dixit: velle ſe in ſcriptis teſtari. 21.nu.40
Nuptus ex voluntate patris puella, cum filio tutoris, iure contractis, dos, pro modo facultatum, & dignitate natalium, per tutorem recte conſtitui poteſt. 36.n.112
Nuptiæ ſecundæ iuri naturali contrariæ non ſunt. 111.n.3

O.

OB adiunctum, etiam verba naturam ſuam mutant. 115.n. 136
Ob cauſam præcedentem quid factum præſumitur. 19. nume. 16
Ob incertum rei euentum, multa, contra iuris regulas, permittuntur. 4.nu.26
Ob æqualitatem ſeruandam inter filios, aliquando non continentur in legato, quæ alias continerentur. 15.n.238
Ob remotionem ſpecierum ſub genere comprehenſarum, remouetur quoque genus: & contra. 21.n.35
Ob retardatam dotis ſolutionem, vſuræ præſtandæ veniunt. 37. nu.44
Oblatio libelli, ante omnes alias exceptiones tam dilatorias, quam peremptorias primo & per ſe opponenda ſori eſt declinatoria. 105.n.2
Oblatio iudicialis, etiam tertium poſſeſſorem hypothecaria conuentum à creditore liberat, atque exinde iudicium & executionem euitat. 95.n.13
Oblatione & depoſitione, teſtamentum abſoluitur. 7.n.93

Fff Obligatio

Obligatio ante diem, ad ſolutionis exactionem inefficax eſt. 19. n.37

Obligatio generalis, ſiue vniuerſalis per verbum, OMNIA, etiam futura bona in ſe comprehendit. 61.n.6

Obligatio deſcendens ex contractu Principis ſemper eſt præciſa. 27.n.60. Vt neque de plenitudine poteſtatis ipſi contrauenire liceat. 27.n.61

Obligatio fideiuſſorum ſtricta eſt. 49.n.11

Obligatio perſonalis, non ſequitur eum, qui heres non eſt, etſi occaſione rei, in qua ſucceſſit, contracta ſit. 34.n.37

Obligationem ſemel conſtitutam, altero non conſentiente, renunciare nemo poteſt. 72.n.23

Obligationi & actioni tutelæ tacite ineſt, quod tutor reſiduum ex rationibus, vna cum vſuris exſoluere teneatur. 20. nume. 90

Obligatione fideiuſſoria ſemel extincta, fideiuſſores non tenentur amplius. 49.n.41

Obligationes dandi, & faciendi, oriuntur ex conuentione, & contractu, quo alter alteri obligatur ad præſtandum id, quod in contractum eſt deductum. 61.n 29

Obligationes nunquam extenduntur ad non cogitata. 8. num. 72

Obligationes tam actiuæ quam paſſiuæ tranſeunt in heredes fideiuſſoris. 104.n.7

Obligationum, quæ re contrahuntur, natura non patitur, vt quis obligetur in plus, quam acceperit. 114.n.8

Obliuio præſumitur in eo, qui occupatus eſt re familiari, aliiſque negociis 113.n.46

Obſeruantia ſubſecuta declarat omnem diſpoſitionem 27.n.27 Quod procedit in qualicunque diſpoſitione, ſiue legis, ſiue hominis ſiue inter viuos, ſiue vltimæ voluntatis, nu. 28. Immo procedit, quamuis illa obſeruantia eſſet contra verum intellectum diſpoſitionis. 27.n.29

Obſeruantia præualet omni legi, ſtatuto, atque ordinationi: & facit ius, etiam contra iuris diſpoſitionem. 18.n 6.

Obſeruantia interpretatur, atque declarat actus naturam 71.n. 55

Obſeruantia plurimum prodeſt, ad actus dubii interpretationem. 71.n.56

Obſeruantia & conſuetudo ſubſecuta, optime declarant verba diſpoſitionis præcedentis, eidemque declarationi imprimis ſtandum eſt. 77.n.87

Obſeruantia præſcriptione perfecta non indiget. 76.n.25

Obſeruatio & conceſſio, quæ pro libera & allodiali habetur, rem quoque liberam eſſe, non feudalem ſignificat, 51.n.8. 74.n. 22

Obuentionis verbum denotat ſucceſſionem, & de ſucceſſione actum fuiſſe arguit. 3.n.147

Odia reſtringi, fauores autem ampliari decet. 27. num. 105. 129

Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet. 20.n.2

Omiſſum habetur, quod palam verbis expreſſum non extat. 7. nu.38

Omiſſa fori declinatoria exceptione, poſtea ad illam non datur regreſſus. 105.n.3

Omnis res, in naturali ſua libertate eſſe præſumitur. 74.n.20

Omnis diſpoſitio, tam viuentium, quam morientium intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & adhuc ita ſeſe, vt antea, habentibus. 27.n.193

Omnis actio oritur ex aliqua obligatione: quia obligatio eſt mater actionum. 61.n.28

Omnis actus, cauſa illum præcedente fieri præſumitur. 39.n.15

eadem eſt ratio totius & partis. 39.n.16

Omnis diuiſio, ſimul quoque eſt tranſactio, & quidem proprie ſic dicta. 58.n.42

Omnis alienatio, & teſtamenti conſcriptio, de rebus alienis, aut fidei commiſſo ſubiectis, fruſtra ſuſcipitur. 7.n.2

Omnis ſuccedendi ratio in feudis iure Saxonico, à verbis inueſtituræ regulatur, quæ omnem graduum proximitatem illo iure excludit: & remotiores, cum proximioribus admiterit. 67.nu.9

Omne teſtamentum præſumitur ſolenne, perfectum atque validum; ſi non eſt vitiatum, neque ex parte aliqua corruptum; ſed debitam habens formam. 115.nu.31

Omne, quod deriuatur & tranſit per medium, ſapit naturam radicis & medii, per quod tranſit. 5.nu.167

Omne prædium origine ſua cenſetur eſſe liberum, à qualibet ſeruitute, & onere quæ regula communis eſt. 63. num.4

Omnes diſpoſitiones, quæ appellationem remouent, ſtricte interpretandæ ſunt. 77.n.22

Omnes actus ſecundum intentionem & mentem agentium interpretationem recipiunt, neque vim ſuam atque effectum vltra porrigunt. 106.n.23

Omnes contractus & conuentiones hominum, ex iure & conſuetudine regionis, interpretantur, & æſtimantur. 78. num. 40

Omnes actus, ſecundum intentionem & mentem agentium, interpretationem recipiunt: neque vltra vim ſuam & effectum porrigunt. 71.n.48

Omni tranſactioni ineſt diuiſio, & omni diuiſioni ineſt tranſactio. 58.n.43

Omnia bona conſenſu domini & vaſalli in feuda conuerti poſſunt. 100.n.28

Omnium rerum, quas quis habere vel poſſidere, vel perſequi poteſt; venditio recte fit. 100.n.22

Omnia qui dicit, nihil excludit, nec quicquam intactum relinquit, etſi in vno maior ſit ratio, quam in alio. 77. nu. 64

Omnibus hominibus hoc commune eſt, vt maſculos magis diligant, quam fœminas. 115.n.90

Omnibus præſtandum, vt libero arbitrio, cui facultas teſtandi competit, ſucceſſorem ſuum, oblatis precibus, poſſit declarare. 70.nu.22

Onus reale tranſit vna cum ſua cauſa, in quemcunque poſſeſſorem. 1.nu.39

Onus eſt, perpetuæ virginitatis conditio; tali caſu ſi quadam per honeſtam matrimonii occaſionem nubere poſſit, & velit. 48. num.8

Opinio illa ſemper tenenda per quam ſuſtinetur ac defenditur voluntas vltima. 23.n.128

Optima agentium declaratio deſumitur ex his, quæ poſt fiunt. 1[illegible]0.nu.[illegible]4

Ordo graduum, qui traditur de iure ciuili in ſuccedendo ab inteſtato, debet etiam in feudis ſeruari. 67.n.54

Ordine quod prim eſt, primo etiam recte expeditur. 58. num. 81

Origo cuiuſque rei ſpectanda. 58.n.127

Originem petitionis, non oportet fundari ex inſtrumentis eius, qui conuenitur. 43.n.11

P.

Paciſci vel ſtipulari alteri quis nequit. 3. nu. 153

Pacta eiuſmodi, quod ſubditi non poſſint recurrere ad ſuperiorem. non valent. 77.n.16

Pacta gentilitia de ſuccedendo per ſuperiorem confirmata, ſubſiſtunt ac valent. 100.n.33

Pacta & ſtatuta de mutua ſucceſſione in caſu deficientium liberorum maſculorum inter nobiles Germaniæ ſunt in vſu frequenti, atque conſuetudine memoriam hominum excedente, valent. 100.34

Pacta & ſtatuta gentilitia fauorabilia ſunt, ac ad confirmationem agnationis & proſapiæ omnium maxime ſpectant. 100.n.35

Pacta dotalia obſeruari debent. 39.n.3

Pacta, interueniente errore, ſeruanda non ſunt. 54. numer 7

Pacta ſucceſſiua huc pertinent, in quibus iure communi aut ſtatuto probantur. 23.n.111

Pacta perſonalia & conuentiones, non egrediuntur perſonas in ſpecie comprehenſas. 20.n.65

Pacta

Pacta omnia ſunt ſtricti iuris, neque plus probant, quam exprimunt. 58.n.39.7.n.36

Pacta, quæ ſunt contra leges, plebiſcita, & decreta Principum, ſeruanda non ſunt. 37.n.78.115.n.56

Pacta contra ius inita, rata non habentur. 37.n.79.115.num. 57

Pacta de futura ſucceſſione inter agnatos, & cognatos, valent. 64.n.81

Pacta & conuentiones legis inſtar obtinent. 3.n.21.36

Pacta futuræ ſucceſſionis à iure regulariter ſunt prohibita. 23.n.21.3.n.144. *Quod verum eſt, &, quando de omnibus bonis: & de certa bonorum parte duntaxat, actum fuit.* 23.nu. 22

Pactum de retrouendendo tranſit in heredes. 51.n.10

Pactum, pro contractu inter viuos inito habentur, vbi adeſt promiſſio de ratum habendo. 3.n.175

Pactum, quo venditor ſibi dominium rei reſeruat, valet, donec pretium plene ſoluatur. 107.n.36

Pactum de ſucceſſione, non mutatum ab autore ſuo, intelligitur relictum pro vltima voluntate ab inteſtato. 23. numer. 118

Pactum, quo libera teſtandi, & diſponendi facultas tollitur, bonis moribus contrarium, & inefficax eſt. 7.n.61

Pactum retrouendendi, non tribuit ius in re, ſed perſonalem tantum obligationem parit. 107.n.12

Pactum generale, non exprimens aliquam perſonam comprehendit omnes. 32.n.13

Pactum fraternum, vt, exiſtentibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, valet. 64.n.84

Pactum familiæ fauore conſeruandarum familiarum, inter nobiles initum, de iure ſubſiſtit. 106.n.4

Pactum futuræ ſucceſſionis non efficit, quod dictum, rem illam poſt mortem, ad alium peruenturam. 1.n.181. *Intellectus art.* 30. Landtr. lib. 2. 1.n.182

Pactum in continenti adiectum, non poteſt aliam producere actionem, quam ipſe contractus, cui adiicitur, & cuius quadam pars eſt. 107.n.10

Pactum de vendendo, & pactum vt liceat vendere, accurate inter ſe hæc duo diſtinguenda ſunt, quorum illud in perſonam, hoc in rem conceptum. 107.n.23

Pactum de vendendo nihil aliud eſt, quam promiſſio, quæ promittentis perſonam obligat. 107.n.24

Pactum, ſiue obligatio nulla ſubeſſe poteſt, vbi non apparet de conſenſu illius, cum quo pactum, vel obligatio inita eſſe dicitur. 83.n.45

Pactum cum filia initum, vt ipſi nullus ſit regreſſus ad bona paterna non valet. 63.n.19

Pactum, quo quis alteri promittit bona ſua poſt mortem, valet. 3.nu.161. *Maxime. ſi res quædam particularis promiſſa fuerit.* 3.n.162. *Idque verum eſt, in pacto reciproco, & ſimplici.* 3.n.163

Pacti appoſitio non tollit vitium vſurarum. 3.n.48

Pactu, vt ſuperſtes maritus dotem lucretur, non aufertur liberis, quod ſtatuto, vel lege naturali, aut ciuili, debetur. 41. num. 29

Pacto fieri poteſt, vt nullum ex feudo ſeruitium debeatur. 84.n. 15

Pacto de retrouendendo, ne quidem triginta annis præſcribitur. 51.nu. 11

Pactorum familiæ merito vbique habetur ratio. 7.n.35

Pactiones ſiue acta facta inter alias perſonas, aliis neque prodeſſe neque nocere poſſunt. 115.n.184

Papæ Romani aſſertio an plenam inducat probationem. 109. nu.2

Papa Romanus vices Dei in terra ſuſtinet, de quo veritatem eum dicere præſumitur. 109.n.3

Papæ, vel Principis, de notorio aſſerenti, plene non creditur. 58. nu.209

Paraphernalia ſeparatam cauſam habent, & multum differunt à rebus dotalibus. 35.n.18.37.n.63

Paraphernalium, ſeu necaliium quantitas, niſi teſtamento exprimatur, iudicis arbitrio, pro conſuetudine; & more regionis ſunt taxanda. 37.n.167

Parens teſtamentum inter liberos factum, mutare nequit, niſi numerum ſeptem teſtium adhibeat. 37.n.153

Parentes in cauſis liberorum, pro teſtibus non admittuntur. 37. nu.158

Parentes cum liberis ſuccedunt, turbari ordo mortalitatis dicitur. 110.n.71

Parens teſtator rebus ſuis legem, onera, conditionesque pro libitu imponere poteſt. 115.n.158

Parenti licitum eſt inter liberos libere teſtari, & abſque ſolennitatibus iuris ciuilis. 15.n.64

Parentibus in ſcriptis teſtari volentibus, certa forma a lege eſt propoſita, quam tranſgredi minime licet. 15.nu.154. *Omnis pactio vel diſpoſitio, qua aliàs teſtandi facultas permittitur, hunc habet ſenſum: dummodo conſueta & legitima forma teſtamentum perficiant.* 15.n.155

Parentum legitima etiam inſtar alimentorum eſt. 19.n. 117

Paria ſunt, aliquod ius non eſſe, aut non competere, vel eſſe quidem, ſed ei renunciatum eſſe, 20.n.47

Paria ſunt, nullum eſſe teſtamentum, vel eſſe quidem, ſed inualidum. 7.n.22

Paria ſunt, non eſſe, & ſine effectu eſſe: item, nullum habere titulum: aut habere quidem, ſe inhabilem & vitioſum. 21.nu. 14

Paria ſunt, aliquid non fieri, vel non rite, ac legitimo modo fieri. 115.nu.68

Paria ſunt, nihil fieri, aut fieri, ſub conditione aliqua, quæ non purificatur. 25.n.34

Paria ſunt, teſtamentum non eſſe factum, aut eſſe quidem factum, ſed nulliter. 18.n.57

Paria ſunt abſolute non poſſe recedere, & poſſe quidem, ſed non ſine dedecore. 94.n.20

Parium & ſimilium par & æqualis eſt natura. 67.n.3

Parochus ſiue Presbyter duobus teſtibus æquipollet. 70.nume. 49

Parochianus dicitur, qui, in loco, vbi ſitum eſt templum, habitat, & diuina frequentat. 58.n.12

Pars ſequitur naturam ſui principalis. 19.n.102.103

Pars altera non debet iniuria affici, vel poſſeſſionis commodo, incognita cauſa priuari 25.n.21

Parti alteri, quando ius quæſitum eſt ſemel, ab ipſa inuita, ne à Principe quidem auferri debet. 116.n.10

Paſcendi iure nemo deſtituitur, per id, quod maioris numero pecudes appulerit, quam conuenerat. 27. n.83

Pater ratione officii paterni filiam dotare cogitur. 35.n.12

Pater in dubio, æqualitatem inter omnes filias, ſeruare voluiſſe præſumitur. 35.n.27

Pater, auctis facultatibus dotem filiarum augere poteſt. 35.num. 16

Pater vni filiæ maiorem dotem conſtituere poteſt, quam alteri. 15.nu. 76

Pater poteſt vni filiorum feudum nouum aſſignare: & reliquis etiam abſque vlla recompenſatione, præiudicare. 15. numer. 77

Pater plus poteſt relinquere filiis ſecundi matrimonii in præiudicium filiorum primi matrimonii, reſeruata illis legitima. 15.n.78

Patri non denegatum adiicere pœnam priuationis totius hereditatis illis liberis: qui partibus ſibi aſſignatis contenti non fuerint. 15.n.79

Pater præſumitur liberis ſuis potius conſulere, quam vxori: eoſque longe chariores habere ipſa vxore. 75.n.5

Pater de bonis ſuis diſponere poteſt pro arbitrio, dummodo liberis legitimam ſuam relinquat. 15. nu.73

Pater non præſumitur in damnum filiorum, dotem ſemel conſtitutam agere voluiſſe, numero præſertim liberorum aucto. 37.n.95

Pater auctis facultatibus illud facere poteſt. 37.n 58

Pater non præſumitur mutaſſe animum, erga liberos, ſibi obedientes & morigeros. 37.nu.93

Pater, dote data, non poteſt grauare filiam, ne plus petat. nume. 39
Pater pro filio optimum ſemper conſilium ſuſcipere præſumitur. 110. nu. 97
Pater filio in poteſtate conſtituto, regulariter paciſci poteſt, vt filio. 110. num. 44. Quomodo in dubio pater filio in poteſtate conſtituto paciſci cenſeatur: remiſſiue. 110. num. 45
Patre viuente, præmature de legitima agitur. 37. numer. 210
Paternam pietatem optimum conſilium, pro liberis cepiſſe præſumendum eſt. 37. num. 123
Patrem etiam perduellem, extra caſum extremæ neceſſitatis occidere non licet. 110. nu. 89
Patris & filii Perſona, quomodo ſit vna; quod in matre & filio ſecus eſt. 110. nu. 43
Patientia aduerſarii, vel conceſſio, inducit quaſi poſſeſſionem, quæ loco traditionis habetur, & initium præſcribendi largitur. 83. n. 46
Patronum non quiuis dos efficit, ſed ea demum, quæ Eccleſiæ & [illegible] miniſteris congrua & ſufficiens eſt. 58. nume. 127
Patrono Eccleſiæ, in rebus Eccleſiæ, & vſui ſacrorum deſtinatis, & vel templo, vel miniſtris relictis quadam mutare permiſſum. 85. nu. 10. Interdum & efficax erit eiuſmodi alienatio, modo non noceat Eccleſiæ. 85. nu. 11
Paulus III. Pontifex Rom. [illegible] reum neque condemnans. 109. nu. 29
Pauper [illegible] non deſerendus: nec diues patrocinio, contra [illegible] 87. nu. 11
Pancip[illegible] dicuntur notæ, qu[illegible] tradita à veteribus inueniuntur. 107. nu. 28
Peccat [illegible] iudicando & credente, a[illegible] 6. nu. 4
Pecca[illegible], qui non exequitur voluntatem defuncti. 15. n. 40
Pecunia dicitur res computata ad expendendum, quæ ſola commixtione conſumitur, & pleno iure ad aliquem ſpectat. 106. nu. 81
Pecuniæ [illegible] iure ſpeciali fruuntur. 7. nu. 48
Pecunia ad [illegible] Domini translata recte hac ratione feudum conſtituitur. 106. nu. 17
Pecunia aliæue res mobiles, ne quidem ſub cautione quaſi vſusfructus earum rerum, quæ vſu conſumuntur, recte in feudum datur. 106. nu. 5
Pecunia ex feudo redacta feudalis eſt, & ſucceſſoribus feudi debetur. 71. n. 3
Pecunia, & aliæ res mobiles, ne quidem ſub cautione, quaſi earum rerum, quæ vſu non conſumuntur, in feudum dari poteſt. 71. n. 11
Pecunia emtioni, vel comparationi alicuius rei deſtinata pro re, cui addicebatur aut deſtinabatur, nunquam in toto iure habetur. 71. nu. 30
Pecunia legato vniuerſali non continetur. 9. n. 28
Pecunia eſt res conſumtibilis, & inter mobilia habetur, etiam tum, quando ad comparationem prædiorum deſtinata eſt. 71. n. 27. 106. nu. 10
Pecuniam in feudum domino offerens, aut à domino accipiens, & fidelitatem præſtans ſi conuentioni ſtare nolit, obligationem ſuam, quaſi ex cauſa inualida præſtitam, condicit. 71. nu. 17. Maxime ſi dominus velit illum contractum iure feudi valere: quod cum nequeat, planè nullus erit, & ibidem. 71. nu. 18
Pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari nequeunt. 71. nu. 23. 106. nu. 7.
Pecunia dicitur res computata ad expendendum. 71. nu. 24
Pecunia ſola commixtione conſumitur, & pleno iure ad aliquem ſpectat. 71. nu. 24
Pecunia ab eo petitur, ad quem peruenit res, per illam comparata. 39. n. 85
Pecunia feudalis non eſt, ex ſolo pacto: ſed requiritur traditio actualis. 71. n. 37
Pecunia ſuccedit loco rei in vniuerſalibus. 71. nu. 5
Pecunia rebus mobilibus annumeratur. 7. n. 91
Pecunia vſum dominiumque ſui præbet, non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate. 114. nu. 28
Pecuniam in feudum dans, non obſtante iuramento, eandem condictione ſine cauſa repetere poteſt; modo id ignorans, feudum in re mobili non conſiſtere fecerit. 71. num. 15. Non vt feudum, ſed vt contractus innominatus ſubſiſtit, ſi is qui ſcienter pecuniam accepit, aut dedit, ſeruire, & fidelitatem iuratam ſeruare paratus ſit. 71. nu. 16
Pecuniam ex feudo acquiſitam, pro feudo haberi, & inter allodialia non computari. Scabinatus Saxoniæ pronuntiat. 71. num. 8
Pœna in certo aliquo caſu conſuetudine introducta, ad alios caſus ſingulares extendi nequit. 82. n. 40
Pœna non inducitur contra aliquem, niſi lege illud expreſſe cautum fuerit. 34. nu. 40
Pœna ibi eſſe debet, vbi eſt delictum. 34. n. 36
Pœna non debet egredi delictum. 34. n. 37. 38
Pœna præſupponit culpam, & vbi non eſt culpa, ibi quoque pœna nulla imponi poteſt. 99. nu. 7
Pœnam non meretur qui facit actum permittente lege ſcripta, vel more & conſuetudine loci. 15. nu. 89
Per arreſtum res litigioſa vitio afficitur. 54. nu. 2
Per clauſulam codicillarem teſtamento adiectam inſtitutiones heredum, in vim fideicommiſſi ab inteſtato conſeruantur. 15. nu. 57
Per conſenſum quilibet iuri ſuo præiudicat. 10. nu. 24
Per verba generalia cenſetur quis cogitaſſe de omnibus. 27. nu. 42
Per maſculos familia conſeruatur, per fœminas autem finitur. 115. n. 91
Per ſubauditos, dubioſque intellectus ius commune non tollitur. 104. n. 9
Per pactum de retrouendendo non reſoluitur venditio prior, vt dominium nunquam in emtorem translata eſſe videatur. 107. n. 22
Per fœminas, tranſeuntes in alienas familias, agnatio haud conſeruatur. 115. n. 94
Per verbo Inueſtitura vniuerſalia, & quidem non ſemel, ſed ſæpius reiterata, etiam regalia conceſſa intelliguntur. 106. nu. 36
Perfectum non eſt, quod non conſtat omnibus ſuis partibus. 15. nu. 129
Periculum caſus fortuiti nemo præſtat, niſi quis ſe in ſpecie ad illud obligauit. 66. nu. 10
Perinde eſt an quis occidat ipſe, vel mortis cauſam præbeat. 103. num. 7
Permagni refert familiam cuique ſuam conſeruari. 15. nume. 100
Permiſſo vno, cenſentur permiſſa omnia, quæ neceſſario in conſequentiam eius veniunt. 77. n. 134
Permutatio eſt inſtar emtionis venditionis. 13. numer. 59
Perpetua conductio, emphyteuſis quædam eſt, & cenſiticæ contractus inſtar habetur. 106. n. 59
Perſona item conſideratur, an id, quod minor dominus de ſuo patrimonio, attenta qualitate perſonæ, poſſit dici minimum, mediocre, vel magnum. 37. nu. 183
Perſona pro ſchemate ſiue habitu ſcenico interdum ſumitur. 110. nu. 100
Perſona indeterminatæ, ſub aliqua qualitate vocata, ſi ante tempus, ſiue euentum moriatur, omnino in diſpoſitione omiſſa, atque ita nullo modo vocata dicitur. 82. num. 8
Perſonalia cum perſonis extinguuntur, & ad ſucceſſores minime tranſeunt. 84. nu. 38
Perſonæ detentio maioris eſt ignominiæ, quam captura rerum. 86. nu. 31
Perſonæ vox in iure nonnunquam emphaſin habet, ad dignitatem exprimendam. 110. nu. 81

Perſona

Perſonæ appellatione etiam venit maſculus. 110.n.17

Perſona, ac res, ſeu bona debitorum, ex iuſta neceſſitatis vel vtilitatis cauſa, vſu hodierno ſiſti & arreſtari poſſunt. 25.n.2

Perſuaſio ſollicita habetur loco compulſionis & coactionis. 21.n. 47

Perſuaſio nimia plus eſt, quam violenta compulſio. 21.n.48

Perſuaſionibus inductus ad teſtandum, dolo inductus præſumitur, maxime, ſi grauiter decumbat. 21.n.49

Pertinentia eiuſdem iuris ſunt, & eodem iure regulantur, cum ſuo principali, vel toto, cui adhærent. 2. numer.6.23.numer.8.

Petitio hereditatis non contra datur titulo poſſidentem & cur? 110.n.29

Petitorium proponens, poſſeſſioni quodammodo renunciare, & in aduerſarium transferre, videtur. 58.n.102

Petitorio agens, aduerſarium quodammodo poſſeſſorem conſtituit. 58.n.101

Pietas erga parentes iuris naturæ. 110.n.83

Pignus debitori remiſſum eſſe non debet præſumi. 1.nu.25

Pignus tamdiu Creditor retinet, donec ei ſatisfactum ſit. 96. num.5

Pignus in teſtamento recte conſtituitur. 23.n.100

Pignus non niſi multis ſolennitatibus adhibitis diſtrahi poteſt. 107.n.14

Pignus ſoluitur voluntate Creditorum expreſſa vel tacita. 1.n. 72

Pignus generale trahitur etiam ad futura bona debitoris. 61. num.7

Pignoris ſpecialis vtilitas proprie verſatur in eo, vt emtor rei pignoratæ, credidori anteriorem hypothecam generalem habenti, obiicere poſſit exceptionem excuſſionis. 12. num. 13

Piſcandi ius omnibus eſt commune, in portu fluminibusque, quorum vſus iure gentium eſt publicus. Item foſſata quid ſint & in cuius dominio. 106.n.54

Piſcari in flumine publico cuilibet permiſſum. 106. nume. 46

Piſcationum reditus ſunt de regalibus, qui à Domino prohibentur, vndeque publicum vectigal exigi poteſt. 106.num. 51

Pium cenſetur, teſtamenta conſeruari. 5.n.30

Plene creditur Principi in iis, quæ abſolute pendent ab eius officio, vel quæ ſunt in ſola eius poteſtate. 109.n.16

Plenitudo poteſtatis Principis non extenditur ad aliorum iniuriam. 25.nu.13

Pluribus pariter adminiſtrantibus, omnes loco principalium tenentur, neque vnus, alterius reſpectu poteſt magis principaliter debere altero. 44.n.21

Pluribus tutoribus ſimul adminiſtrantibus tutelam, ordinis & diuiſionis beneficium non habet locum. 44.nu.19

Plurimum differt in iure ingredi poſſeſſionem & eamdem acquirere, ſiue retinere. 107.nu.30

Plus eſt facere, quam pronunciare, vel ſcribere, immo plus eſt facere facto, quam verbo. 113.n.12

Portio legitima neque auferri, neque fideicommiſſo, aut alia ratione quacunque onerari poteſt. 61.nu.14

Portio ex lege, vel ſtatuto alicui debita, teſtamento non poteſt auferri. 88.n.7

Poſſeſſio, ab eo, qui ſemel poſſedit, continuata præſumitur. 58. nu.9

Poſſeſſio rerum ſpiritualium non decernitur niſi illa prius ex titulo iuſtificetur. 58.n.150

Poſſeſſio non ſolum ſcientibus, ſed & ignorantibus nobis per procuratorem ſeu perſonam liberam acquiritur. 55. nume. 11

Poſſeſſione acquiſita, etiam dominium acquiritur, ſi dominus fuerit ille, qui tradit. 55.n.12

Poſſeſſio rerum incorporalium duobus actibus probatur. 58. nu. 77

Poſſeſſio temporis longiſſimi, pro conſtituto, & peculiari priuilegio habetur. 58.n.58

Poſſeſſio temporis immemorialis, conſtituto & peculiari priuilegio æquiparatur. 57.n.16

Poſſeſſio titulata, in iudicio vti poſſidetis, merito præfertur poſſeſſioni nullo titulo ſuffulta. 58.n.223

Poſſeſſio talis præſumitur, qualis eſt titulus præcedens. 27. nu. 97

Poſſeſſio in heredem continuata in dubio præſumitur. 58. nu.11

Poſſeſſio antiqua præſumitur habere iuſtitiam permanentem. 58.nu.7

Poſſeſſio etiam per vnicum actum probatur, & acquiritur. 58. num.4

Poſſeſſionem antiquiorem, & plures actus poſſeſſorios demonſtrans, eo ipſo facit, vt alterius poſſeſſio præſumatur vitioſa. 58.nu.5

Poſſeſſio longa non tribuit ius ſepulchri ei, cui iure non competit. 58.n.170

Poſſeſſionis traditio, & poſſeſſio ipſa, probatur per inſtrumentum ſuper ipſa confectum. 58.n.106

Poſſeſſionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt. 113.n. 15

Poſſeſſionis cauſa eſt præcipua, & antequam ad petitorium procedatur, prius determinanda poſſeſſio. 58.n.79

Poſſeſſionis cauſam, vel titulum, inuitus dicere, vel allegare nemo cogitur. 43.n.9

Poſſeſſionis forma eſt bona fides, & iuſtus titulus. 58. nume. 196

Poſſeſſionem ſeruitutis, poſſeſſione libertatis antiquiorem, & potiorem dicere, irrationabile foret. 58.nu. 229

Poſſeſſionem iniuſtam Prætor non tuetur. 58.n.165

Poſſeſſionem, & ius funerandi, in fundo alieno allegans, tenetur probare. 58.n.143

Poſſeſſionem bonorum qui agnouit, pro herede ſegerit. 115.nu. 154

Poſſeſſione ſemel amiſſa, initium eiuſdem minime recuperatæ ſpectari oportet ad hoc, vt vſucapio procedat. 107. nume. 70

Poſſeſſione vtrinque dubia, eiuſque probatione, pro eo pronunciatur, qui titulatam, ſiue in dominio fundatam poſſeſſionem melius probauit. 58.n.225

Poſſeſſione, tanquam cauſa deficiente, deficit omnis præſcriptio, tanquam effectus. 83.n.47.

Poſſeſſoria remedia præſupponunt, ſiue concernunt poſſeſſionem rerum corporalium, vel certe quaſi poſſeſſionem iurium in rebus conſtiturorum. 58.nu.238

Poſſeſſor conuentus replicat: ego quo ad te liberas ædes habeo. 113.n.34

Poſſeſſor ſeruitutis, iurisque funerandi, iuſte poſſidere præſumitur. 58.n.74

Poſſeſſor bonam fidem habens, longi temporis præſcriptione ſe recte tuetur. 85.n.27

Poſſeſſor ad probationem vllam non adſtringitur. 43.num.8

Poſſeſſor bonæ fidei præſumitur, qui pro ſe habet titulum verum vel putatiuum, ſiue præſumtum. 83.nu.17. Quod procedit, etſi titulus putatiuus ſiue præſumtus errore iniuſto cauſatus fuerit. 83.n.18.

Poſſeſſore mortuo, feudum etiam cum conſenſu domini alienatum, reuocari poteſt. 90.nu.8

Poſſeſſoris partes ſunt potiores, & præſentem poſſeſſionem habens Dominus eſſe præſumitur. 58.nu.75

Poſſeſſorio retinendæ agens, titulum ſuæ poſſeſſionis indicare, multo minus probare tenetur. 58.n.78

Poſſeſſorium cum petitorio, ex vſu fori, cumulari poteſt. 58.nu. 98.& 218

Poſſidens aliquo iuſto titulo, iure ſuo poſſidere dicitur. 27.n.99

Poſſidens, non poteſt alio titulo poſſidere, quam vult is, qui poſſeſſionem in ipſum transtulerat. 27.n. 98. 74.n.17

Poſſidens ad probationem vllam non adſtringitur. 58.nu.68

Poſſidens rem ſibi in teſtamento non ſolenni relictam, tutus eſt exceptione; quia poſſidet rem ſibi naturaliter debitam. 70.n. 66

Poſſidens præſumitur dominus, eo caſu, quo poſſeſſio eſt longiſſima. 58.nu.59

Poſiti in conditione, cenſentur vocati, diſpoſitiue, etiam ad hereditatem patris. 64.n.74. Hodie magis communis eſt opinio, poſitos in conditione cenſeri vocatos: licet olim altera opinio communis fuerit. 64.n.75
Poſiti in conditione, vocati dicuntur, ſi inſtituti ipſi ſunt etiam reciproce ſubſtituti, vbi vnus eorum ſine filiis deceſſerit. 64.n. 89
Poſitio vnius eſt excluſio alterius. 58.n.16
Poſt triceſimum a morte defuncti mariti diem, vidua geradam & vtenſilia accipit. 100.nu.7
Poſt rem iudicatam nihil quaeritur amplius. 39.n. 48
Poſt didicita teſtificata, publicatio ſemel facta, obſtat productioni nouorum teſtium, etſi modus probandi varietur. 52. nu. 15
Poſterius teſtamentum tollit prius, niſi eius ſit additamentum vel appendix, vigore clauſulae reſeruatoriae. 100.nu.3
Poſtremae perſonae ſignificatio ad Theologos, & iura ſacrorum chriſtianorum pertinet. 110.n.102
Poteſtas patris libera diſponendi de rebus ſuis, circumſcripta eſt certis limitibus, & intra ſuum modum reſtricta, vt legitimam liberis relinquere omnino teneatur. 18.nu.30
Poteſtas principis in quaeſtionem nunquam vocanda, cum illud, quod primum eſt, aliud ante ſe habere nequeat. 85. nu. 2
Poteſtas declarandi vel interpretandi priuilegium non tranſit ad alium, etiam heredem. 39.nu.23
Potius praeſumitur ſtupidum magis quem eſſe, quam ſtolidum aut mente captum. 102.nu.3
Praeceptum hoc, neminem eſſe laedendum, eſt praeceptum relatum, in committendo, ſeſe referens ad factum alterius. 101.nu.6
Praedia priuata potius praeſumuntur cenſitica. 74.n.19
Praelatum aut capitulum offendens, feudo priuatur; ideo, quia capitulum eſt quaſi perpetuus dominus, ſicut qualibet vniuerſitas. 85.n.56
Praelatio & hypotheca mulieri, ratione dotis tantum intelligitur: de paraphernalibus, aut aliis bonis idem non aſſerendum. 17.n.24
Praemia & poenae iuxta leges proportionis Geometricae inſtitui debent. 87.nu.9
Praeſcribens ſeruitutem, habet contra ſe praeſumtionem iuris. 58 nu.168
Praeſcriptio contra ſubditum vaſallum, vel Emphyteutam indiſtincte praeiudicat domino. 106.n.58
Praeſcriptio quaelibet interrumpitur, per quemlibet actum facti vel verbi, ex quo diſſenſus noſter intelligitur. 83.n.48
Praeſcriptio eſt odioſa, ſtricti iuris: non extenditur vltra, quam quis reperitur poſſediſſe. 2. num.19. Illud locum habet, ſiue ad rem ſiue ad perſonam reſpiciamus. 2.nu.20
Praeſcriptio longi temporis eſt titulus ipſe, nec titulum alium requirit. 83.n.12
Praeſcriptio cum mala fide, vtpote nutrix peccati, hodie non procedit; nec à Statuto contrarium inducitur. 107. nume. 47
Praeſcriptionis vis eſt vt per eam, omnis lis & controuerſia finiatur: & is pro quo eſt, omnino tutus efficiatur. 43. numero 29
Praeſcriptionis forma eſt poſſeſſio, 58.nu.95
Praeſcriptionem de nouo inchoari oportet à tempore, quo ceſſat impedimentum, vel contradictio domini, 83.nu.50
Praeſcriptionem allegans, probabit eius continuationem. 58.nu. 166
Praeſcriptionem non cauſſat ſolus temporis curſus, niſi & ſuos habeat comites. 78.n.103
Praeſcriptio cum laeſione alterius coniuncta, non procedit. 78.nu. 104
Praeſcriptio potius excludi dicitur, quam vt per eam quis decipiatur. 78.n.105
Praeſcriptione triginta vel quadraginta annorum, omne ius alterius tollitur, & acquiritur. 10. nume. 23. 43. nume. 27
Praeſcriptionum materia odioſa eſt peccatum inducens. 107.n. 44
Praeſentia & aſſenſus agnatorum, tollunt omnem ſiniſtram praeſumtionem, & deceptionis ſuſpicionem. 37. nu.60
Praeſens alienationi rei ſuae, & non contradicens conſentire dicitur. 1.nu.52
Praeſumtio veritati & rei perſpicuitati cedit. 3.nu.16.19.n.55. 56.58.n.57
Praeſumtio fortior tollit debiliorem. 19.n.57.75.n.35
Praeſumtio pro poſſeſſore militans, onus probandi contrarium, in partem aduerſam deriuat. 58.n.69
Praeſumtio pro validitate actus eam eſt efficax, vt omnes alias praeſumtiones ſuperare & elidere dicatur. 23.n.90
Praeſumtio eſt pro inſtrumento, at ſigillo, quod ſit bona fide impreſſum. 92.n.20
Praeſumtio, quod filia à patre congruenter ſit dotata, non habet locum, vbi de veritate aliud apparet, 18.n.40
Praeſumtio omnis euaneſcit, cum in contrarium eluceſcit veritas. 37.n.165. 75.n.37
Praeſumptio pro validitate teſtamenti aliis probationibus validiſſimis, & luce meridiana clarioribus, eliditur. 15.n.26
Praeſumtio duntaxat probabilis eſt, quae ex ſignis, coniecturis, & indiciis colligitur: tantumque ſemiplenam facit probationem. 58.n.157
Praeſumtio pro creditore & fideiuſſore eſt, ſi à debitore ipſi cedatur ius, quod hoc ius ceſſum, ipſi ceſſionario poſſidendi, & non alteri proſit. 113.nu.4
Praeſumtio, quae facit actum valere regina inſtar aliis praefertur. 4.n. 5
Praeſumtio legis eſt, ad confirmandum teſtamenta, non ad infirmandum. 15.n.16
Praeſumtio fortioribus probationibus elidi debet. 71.nu.10
Praeſumtio iuris & de iure, non admittit probationem, in contrarium. 39.n.9
Praeſumtio vna tollit aliam. 3.nume.14. 37.num.163. 3.nu.15
Praeſumtionem contra ſe habens, dicitur in mala fide. 58.num. 151
Praeſumtiones & reſtrictiones non admittuntur, vbi conſtat, ex ipſo contractu, quouſque progredi, & ſe obligare, contrahentes voluerint. 27.n.95
Praeſumtiones contra ſe habens intentionem ſuam per efficaciores, & apertiſſimas probationes, fundare tenetur. 58. nume. 63
Praeſumtiones ſimul iunctae inducunt plenam probationem. 49. nu. 23
Praeſumtionibus vel coniecturis in rebus certis locus non eſt. 113. n. 41
Pr.[illegible] iura intacta ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quaerere. 13.nu.14
Praetermiſſione, ſiue non vſu, nulla introducitur praeſcriptio, neque ius alicuius deterius redditur. 77. num.41. Quod procedit etiam ſucurſu temporis immemorialis. 77.n.42
Praetor adiuuat, ſupplet, vel corrigit ius ciuile, propter vtilitatem publicam. 110.n.66
Praetoris interdictum eſt, vti poſſidetis, ita poſſideatis. 58. num. 71
Praeuentio, atque adeo litis pendentia, ex ſola citatione inducitur, 105.n.25.& 32
Precarium nullum eſt, vbi nec vllae preces apparent, 58. nume. 65
Precario poſſeſſio tranſlata in emptorem poſſeſſio nomine tenus tantum appellatur, 107.nu.35
Precarium tamdiu durat quamdiu voluntas concedentis. 58.n.136
Pretia rerum, ex qualitate temporum mutantur, & ex vſu communi. 18.n.42. 37.n.208
Pretium Aduocatorum, honorarium duntaxat eſt, non pretium. 87.num.8
Pretium eſt loco rei. 71.nu.6
Pretium non ſuccedere loco rei, in negotiis feudalibus, communis eſt opinio. 71.n.31. Idem & nouiſſimo Saxonum iure deciſum extat. 71.n.32
Priuatio facultatis diſponendi de rebus ſuis dicitur contra bonos mores. 15.num.69

Privatio præſuppoſuit habitum, ſicut effectus cauſam. 99. num. 6.

Privilegium ceſſat, quamprimum incipit eſſe damnoſum. 117. n. 27

Privilegium exemptionis, quod graviter incipit lædere ſubditos, ſuperioris officio implorato, eſt tollendum. 117. numero 28

Privilegium decimandi monachis conceſſum eſt revocatum, ex quo multum excreverant monaſteria, & Pontifex conceſſerat ab initio, quia modicum iis fiebat præiudicium, à quibus exigebantur. 117. n. 22

Privilegium concedentis revocatur, quando ex poſtfacto ipſum lædit concedentem, 117. n. 53. Id non modo quod indubitatum eſt, declaratur, ſed etiam, maxime cauſa noviter emergente, in totum tollitur n. 54. Cum per contradictionem perpetuatam res, quoad Principem, adhuc ſit integra, adeoque privilegium non modo declaratur, ſed & revocatur. 117. nu. 55

Privilegium per delictum amittitur, 117. n. 44. Et in ſpecie propter abuſum amittitur privilegium. n. 45. In tantum, ut abutens libertate amittat libertatem. n. 46

Privilegium ab una parte petitum, quod non in contractum abiit, à ſucceſſore dignitatis pro libitu vel revocari, vel declarari poteſt. 117. n. 40. Maxime quando aliàs publicæ utilitati derogaretur, privilegium ab anteceſſore, nimis generaliter conceſſum, vergens in præiudicium tertii, maxime ſucceſſoris regis, merito revocatur. n. 41. Eoq; caſu, quando conceſſa ſunt inſolita, non modo declarationi & reſtrictioni, ſed etiam revocationi locus eſt. n. 42

Privilegium quando ob erogationem certæ cuiuſdam pecuniæ ſummæ, aut ex peculiaribus meritis impetrantium, pro remuneratione conceditur. 117. n. 19

Privilegium ex liberalitate conceſſum, ex quo dominium non transfertur, ex ſola voluntate Principis, etiam abſque cauſa revocatur. 117. n. 20

Privilegium ex mera liberalitate conceſſum, quodque in formam contractus non tranſivit, ceſſante cauſa impulſiva extinguitur. 117. n. 51. Quod in tantum verum eſt, ut ſemel ceſſante cauſa privilegii, omnino privilegium extinguatur, licet deinde cauſa reviviſcat. 117. n. 52

Privilegium omne ita intelligendum, ut aliquid addat iuri communi, & ultra eius diſpoſitionem aliquid operetur. 59. n. 82

Privilegium hypothecæ mulieri, ratione dotis, præ aliis creditoribus competens, incipit à tempore contracti matrimonii, ubi dos realiter fuit data, ſive numerata. 79. n. 18

Privilegium nomen habet, quod privet legem, & recedat addendo vel detrahendo à iure communi. 106. numero 32

Privilegium indeterminate eſt intelligendum. 77. numero 55

Privilegium ita interpretandum, ut comprehendat omnia, quæ ſub verborum proprietate continentur. 77. numero 56

Privilegium contra concedentem, eiuſque ſucceſſores, latiſsime interpretandum. 59. numero 42. Maxime, ſi non refragentur verba privilegii: cum ex verbis mens & animus colligatur, qui in omnibus appime ſpectandus eſt. 59. n. 43

Privilegium dicitur quaſi lex privatorum, ſive privans legem. 27. n. 4

Privilegium appellatur ius ſingulare, quia aliquid à iure communi aliud & diverſum diſponit. 59. n. 84

Privilegium recipit interpretationem & declarationem ex poſſeſſione inde ſecuta. 59. n. 70

Privilegium generaliter & indiſtincte loquens, à nobis etiam generaliter intelligendum, neque diſtinguendum eſt. 59. nu. 71

Privilegium parentibus conceſſum, etiam tunc habet locum, quando liberi ex inæqualibus partibus ſunt inſtituti: neque attenditur, utrum inæqualitas illa ſit magna, vel parva quantitate conſiſtat. 15. n. 83

Privilegium generaliter & indiſtincte loquens, non eſt à nobis diſtinguendum. 59. n. 98

Privilegium, quod tranſivit in formam contractus, eſt irrevocabile, neq; Princeps, neq; ſucceſſor eius illud revocari poteſt. 116. n. 3

Privilegium ob merita conceſſum, tranſit in contractum, & verè contractus habet naturam. 59. numero 56. 77. num. 143

Privilegium, quod ob merita conceſſum, & in contractum tranſiit, neq; revocari. 59. numero 57. 77. numero 122

Privilegium ob merita conceſſum reale eſt, & tranſitorium ad heredes. 59. n. 58

Privilegium; quod Princeps tollere nequit, ſua quoq; declaratione ſive interpretatione, corrigere non poteſt. 77. numer. 123

Privilegium omne in dubio cenſetur irrevocabile. 59. num. 55. In quibus caſibus concedenti non permittitur privilegium ſuum revocare, in iis nec ſucceſſor revocandi poteſtatem habet. 59. numero 54. Neque concedens, neque ſucceſſor eius, talem privilegii interpretationem facere poteſt, per quam illud perimeretur. 59. numero 55

Privilegium, contra concedentem, eiuſq; ſucceſſores, interpretatur. 27. n. 52

Privilegium exorbitans ſtricte intelligendum, & ad unguem ac contextum obſervandum. 32. n. 31

Privilegium ita interpretandum, ut unumquodq; verbum aliquid operetur, & iure communi addat. 59. numero 107. 70. n. 4

Privilegium operatur aliud & diverſum à iure communi. 27. n. 5

Privilegium ſecundum obſervantiam declarari ſolet. 27. n. 50. Quin & leges ipſæ. n. 51

Privilegium omne, in dubio cenſetur irrevocabile. 27. numero 20

Privilegium contra ius commune, non comprehendit caſus omiſſos in eo. 88. n. 21

Privilegium per non uſum non amittitur. 81. n. 29. Quod locum habet in quolibet iure alicui competente. 80. num. 50

Privilegium non poteſt tollere ius alimentorum. 102. nume. 13

Privilegii ſingula verba debent habere aliquid ponderis, & ad aliquem effectum trahi. 77. n. 61

Privilegii verba generalia, generaliter intelligenda. 27. numero 7

Privilegii cuiuslibet ea natura eſt, ut contra concedentem latiſſimam interpretationem recipiat. 106. n. 78

Privilegii verba contra mentem concedentis, non ſunt reſtringenda aut limitanda. 59. n. 72

Privilegii verba diligenter ſunt attendenda, iiſq; inhærendum. 59. n. 73

Privilegio hypothecæ & prælationis ceſſante, mulier non poteſt retinere bona mariti. 67. n. 25

Privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine loci introduci poteſt, ut vaſallus etiam invito domino, vel agnatis feudum alienet: deq; eo in ultima voluntate libere diſponat. 23. numero 37

Privilegiorum verba diligenter ſunt conſideranda. 77. numer. 47

Privilegiorum verba ita accipienda ſunt, ne ſint fruſtratoria, ſed, ut effectum ſortiantur, & aliquid operentur. 77. num. 42

Privilegiorum tenor diligenter inſpiciendus & ſervandus eſt. 59. n. 91. 77. n. 48

Privilegiorum confirmatio & interpretatio ad ſucceſſores in regno omni iure pertinet. 59. n. 9

Privilegia in favorem conceſſa, non debent retorqueri in odium. 59. n. 108

Privilegia non obeſſe, ſed prodeſſe debent iis, quibus conceſſa ſunt 58.n.102

Privilegia cenſentur inducta ad augmentum. 59. numero 110

Privilegia ſemper aliquid operentur, aliàs non ſunt privilegia. 88.n.14

Privilegia & conceſſiones regulariter ſtricte ſunt interpretanda 27.n.24.59.n.75. Quod non admittitur, ubi Verba privilegii ita ſunt lata, clara & perſpicua, ut nulla interpretatio aut reſtrictio commode admitti poſſit. 27.n.25

Privilegia ſive ſtatuta nihil derogant iure communi, ſi nihil aliud exprimant, ſed potius ſecundum hoc interpretanda, ut illud quam minimum lædant, neq; ius tertio quæſitum, auferant. 105.n.17

Privilegia, contra ius commune conceſſa, quoties unum, vel dua operari poſſunt, interpretari ita debent, ut unum tantum operentur. 77.n.19

Privilegia licet ſtricte ſint interpretanda, nihilominus tamen omnia comprehendunt, quæ ſub generali locutione continentur. 77.n.102

Privilegia non debent adeo reſtringi, ut proprietas verborum offendatur. 77.n.103

Privilegia ab uſu recipiunt interpretationem, quæ minime muncanda eſt. 59.n.69

Privilegia iuri communi conſentanea, contra concedentem latiſsime ſunt interpretanda. 77.n.144

Privilegia ob bene merita conceſſa, extendi potius quam reſtringi debent. 77.n.145

Privilegia ſtricti ſunt iuris, & quantum fieri poteſt, reſtringenda veniunt. 117.n.16. Maxime, quando vergunt ad alterius detrimentum. n.17.77.n.17

Privilegia, ſtatuta, & conſuetudines ſunt ſtricti iuris, reſpectu præſertim iuris communis. 88.n.17

Privilegia a iure communi exorbitantia, proprie & ſtrictiſsime intelligenda ſunt. 116.n.43

Privilegiatus, contra privilegiatum, non utitur ſuo privilegio. 80.n.24

Privilegiatus eſt ſuper iure funerandi, qui habet ius patronatus, vel advocatiam alicuius Eccleſiæ. 58.n.125

Princeps, ex ſua promiſsione præciſe obligatur. 116.n.22. 77.n.113

Princeps in conventionibus ſuis utitur iure cõmuni, quo utuntur privati. 116.n.22. Quia quod ad hoc attinet, Princeps conſideratur, ut privatus. 116.n.23

Princeps præciſe ex ſuo contractu ſine conventione obligatur, adeo, ut nec ex plenitudine quidem ſuæ poteſtatis contractum vel conceſsionem ſuam mutare, aut ius alteri quæſitum, collere poſsit. 116.n.24

Princeps, non modo ius quæſitum, nedum quærendum ex contractu, auferre poteſt. 116.n.25

Princeps non poteſt revocare privilegium, quod in contractum tranſit. 59.n.59

Princeps æque, ut alius quiſquam, ex pactis & conventionibus ſuis obligatur. 59.n.60

Princeps formæ & pactis primæ inveſtituræ nihil derogare poteſt 59.n.61

Princeps non poteſt revocare feudum, aut aliquod onus, ſive gravamen adiicere, ultra naturam & conditionem feudi. 59.n.62

Princeps ſi habeat rem communem cum alio, poteſt eam vendere, etiam altero invito; quod ſingulare eſt in principe, & notabile. 117.n.11. Etiamſi illi minima portio competeret. n.12. Quod maxime procedit, ſi fiſcus inde utilitatem percipiat. n.13

Princeps plures habens Provincias, Ducatus vel Principatus, de cauſis pertinentibus ad iudicium unius Provinciæ, recte iudicat & cognoſcit in alia Provincia. 77. numero 129. Idque etiam procedit iurisdictione contentioſa, 77. numero 130. Ratio eſt, quia ratione regni, vel Præſidis reputatur una Provincia, & ideo, quantum ad ipſum, non cenſetur ius dicere extra territorium. 77.n.131

Princeps non debet, nec poteſt plenitudine poteſtatis uti in iis, ad quorum obſervationem tenetur. 108. num. 25

Princeps unum calamum, & unam linguam, non plures habere debet. 116.n.15

Princeps, ſicut lapis angularis, & polus in cælo, immobilis eſſe debet. 116.n.16

Princeps legibus ſolutus eſt. 85.n.4

Princeps circa voluntatem defuncti haudquaquam mutare poteſt: cum ſit iuris gentium. 115.n.168

Princeps omnes ſuos actus à iuſtitia poli & fori vult regulari. 77.n.116

Princeps contra ea, quæ iure naturali vel gentium conſtituta ſunt, ſtatuendi poteſtatem habet, ſed limitative. n.12

Princeps ex plenitudine poteſtatis ius ſuum alteri adimere nequit. 85.n.18

Princeps non poteſt cogere aliquem ad titulum, ſive iura, quæ in caſtris ſuis habet, exhibenda. 43. nu. 13

Princeps pro ſua iuſtitia, facti & perſonæ qualitate penſata, interdum, ſolet pœnam remittere. 98. numero 4

Princeps ſolus privilegium & condere, & interpretari cum effectu poteſt. 52.n.3

Princeps nihil aliud præſumitur velle, quam quod iuſtum & verum eſt. 77.n.115

Princeps, licet ſit ſolutus lege legis: attamen non eſt ſolutus lege contractus. 116.n.19. Etiamſi Deus ſubiecerit leges Principi: non tamen ſubiecit ei contractus. 116.n.20

Princeps, & ſuo ipſius facto, & anteceſſoris contravenire non debet. 59.n.66

Princeps confeſsioni ab anteceſſore ſuo facta, ſtare tenetur. 59.n. 67

Princeps ſucceſſor confirmationes ſeu approbationes privilegiorum ab anteceſſoribus factas, ratas habere tenetur. 54.num. 68

Princeps prout cuiusq; magiſtratus officium vult eſſe, ita eſt. 105. n.7.8

Princeps ſine conſenſu ſubditorum, ſive vaſallorum ſubinfeudationem alienare poteſt. 118.n.8

Princeps non niſi re quam optime cognita, quenquam iure ſuo privari patitur. 98.n.22

Princeps, ut iuſtitia plenus, omnia deliberate, ac prout convenit, nec niſi ex cauſa iuſta, facere præſumitur. 52.n.15

Princeps dicitur ipſe fons iuſtitiæ. 52.n.16

Princeps ex certa ſcientia, ſive poteſtatis plenitudine, ſupra ius extra & contra ius omnia poteſt. 85.n.15

Princeps in iure vel facto errans, admoneri modeſte poteſt. 52. n.20

Princeps nonnunquam male inſtruitur, & informatur. 52. nu. 21

Princeps per aliorum importunitatem ſæpe circumvenitur. 52. n.22

Princeps non poteſt recedere à contractu, quem fecit. 78. numer. 18. Ac ne ab eo quidem, quem cum ſubdito ſuo celebravit. 78.n.19. Adeo, ut ne de plenitudine poteſtatis hoc facere poſsit. 78.n.20

Princeps, reſervans ſibi ius ſuperioritatis, cenſetur etiam reſervaſſe ius appellationis. 77.n.13

Princeps etiam ſummus non poteſt ius tertio acquiſitum auferre. 84.n.48

Princeps adeundus in interpretatione privilegiorum. 105. num. 21

Princeps omnia ſua acta & facta iuri conformare voluiſſe intelligitur, adeo ut ſi talia non ſint, illa noluiſſe dicatur. 52. n.13

Princeps nemini ius ſuum tollere poteſt, niſi forte ex magna cauſa, publicam utilitatem & ſalutem concernente. 81. nu. 52

Princeps, Civitatem, caſtrum, aut homines invitos ac reclamantes

mantes alienare nequit. 85.n.42
Princeps ſapientia & prudentia excellere præſumitur. 116. num. 37
Princeps nequit facere ut teſtamentum rite factum non ſervetur. 72.n.8
Princeps conceſſionem ſuam declarare poteſt, eiusq; declarationi omnino ſtandum eſt. 77.n.36
Principis verbum pro lege habendum eſt: atq; ita quod Princeps credit, & nos credere debemus. 109.n.10
Principis præſentia iuris ſolennitatem ſupplet in teſtamento coram eo facto. 112.n.7
Principis declarationi ſtandum, quando verba conceſſionis ſunt dubia: ſecus vero quando ſunt clara. 77. numero 119
Principis voluntas talis eſſe præſumitur, qualis de iure communi eſſe debet, & iuris conformis. 59.n.4
Principis præſentia & confirmatio, ſupplet omnem defectum ſolennitatis. 55.n.20
Principi aliquem rebellem eſſe aſſerenti, an credatur; idem vid. ſub fin. 109.n.51
Principi non præſumitur aliquid placere, niſi quod verum & iuſtum eſt. 59.n.14
Principem legibus ſe alligatum profiteri, digna vox eſt maieſtate & poteſtate regnantis. 85.n.15
Principem plures provincias poſſidentem, cauſas unius, in alia recte diiudicare, quomodo verum ſit, remiſſive. 77. numero 146
Principes Imperii conſuetudine, ius venandi, mediante Inveſtitura ita quæſierunt, ut non niſi immediate vel mediate inveſtitis competat. 85.n.44
Principibus maxime convenit illud Pſalmi 61. Semel locutus eſt Deus. 116.n.14
Principium tanquam cauſa finalis, rei qualitatem demonſtrans conſiderandum. 13.n.51
Principali debitori abſente, fideiuſſores ad ſolutionem adigi poſſunt. 104.n.10
Principalis debitor prius excutiendus. 104.n.11
Principali exiſtente nullo, omne illud, quod ab eo dependet, & ſequitur, nullum fit. 70.n.96. Quod per ſe nullum eſt, ſubſequente confirmatione, nunquam convaleſcit, aut victus recipit. 70.n.97
Principali deſtructo, corruit & acceſſorium. 115. numero 170
Principale non ſequitur naturam acceſſoris. 81. numero 24
Principale ab acceſſorio mutari & regulari nequit. 81. numero 25
Principale & acceſſorium habentur pro una re: nec diverſo iure cenſeri debent. 27.n.70
Principale ab acceſſorio declarationem recipere, haudquaquam rationis eſt. 12.n.6
Principale, & non incidens, in conſiderationem adhiberi debet. 12.n.7
Principalis reus quando non ſolvendo eſſe deprehenditur, quod eum excuti debeant fideiuſſores. 104.n.23
Prima ratio refutans Proceſſum Leg. diffamari, qua non habet locum, niſi in cauſis turbatæ tranquillitatis publicæ, iniuriarum, aliarumq; diffamationum. 105.n.52
Primogenituræ ius conſiſtit & in prærogativa perſonali, & in onere familiæ, quod præ reliquis ſuſtinet primogenitus. 34.n. 11
Primus articulus ſtatuti Glogovienſis. 100.n.52
Primus ſupplicandi modus eſt, cum ad eundem iudicem, qui ſententiam tulit, ſupplicatur. 77.n.30. Secundus ſupplicandi modus eſt, cum ab inferioris iudicis ſententia, ad ſuperiorem ſupplicatur. 77.n.51. Hic modus ſupplicandi in gratia, benignitate & arbitrio Principis conſiſtit: ac habet tam latas habenas, quantum Principi placet. 77. num 32
Pro alterius debitis, alterum immerentem ſuis privare bonis, & legibus, & æquitati naturali repugnat. 39.n.35
Pro compenſatione iudicandum eſt, tametſi res eſſet dubia. 24 n.19
Pro debito illiquido, neq; captura perſonarum, neq; rerum, neq; alia executio quæcunq; permittitur. 25.n.4
Pro dotibus, in dubio, ſemper & ubiq; reſpondetur, ob ampliſſimum dotium favorem. 36. numer. 98. 27. numero 41
Pro diſpoſito habetur, quod teſtator, ſi fuiſſet interrogatus, veriſimiliter reſpondiſſet, ſe ſic velle. 64.n.30
Pro expreſſo habetur, quod partes interrogatæ, veriſimiliter expreſſiſſent. 37.n.33
Pro æqualitate ſervanda, multa extant ſpecialia a legibus introducta. 15.n.228
Pro expreſſo habetur, quod tacite ineſt. 61.n.26
Pro fideicommiſſis, ex quacunque voluntate relinquantur, conſequendis, diſtinctæ actiones competunt. 5. numero 46
Pro iure repræſentationis, etiam in dubio caſu, pronunciandum eſt. 28.n.10
Pro inſtrumento præſumendum. 102.n.8
Pro iuſtitia naturali ſemper eſt, ſervare teſtamenta, cum teſtamenti nullitas, pœna teſtatoris cenſeatur. 115. numero 50
Pro libertate, & libertatis poſſeſſione eſt præſumtio. 38. num. 144
Pro libertate in dubio ferenda eſt ſententia. 27.n.147
Pro obtinenda reſtitutione, non ſufficit probare læſionem modicam. 37.n.65.66
Pro poſſeſſione libertatis eſt præſumtio firmata interdicto generali, uti poſſidetis, quod adverſus iudicialiter turbantem competere certum eſt. 58.n.201. Item, interdictum ſpeciale: ne quid in loco ſacro. 58.n.202
Pro principe militat præſumtio, eum cuncta ſancte & iuſte agere. 109.n.18. Et princeps iuſtitia plenus præſumitur, nec credendum, quod falſum dicat. 109.n.19. Exemplum Henrici II. Regis Galliæ in cauſa hereditatis. 109. num. 20
Pro ſpecialiter expreſſis habentur, quæ in genere continentur. 115.n.174
Pro ſententia, quæ tranſit in iudicatum, maxima eſt præſumtio. 39.n.8
Pro teſtamento præſumendum, ſi ullo iure ſuſtineri poſſit. 15. num. 15
Pro teſtamento potius quam contra illud in dubio iudicandum. 15.n.20
Pro teſtamento pronunciatur, niſi teſtatori culpa aliqua in conſcribendo teſtamento commiſſa, imputari poſſit, veluti ſi ſolennitates debitas diligenter & fideliter non obſervaverit. 15.n.156
Pro teſtamentis conſervandis multæ leges latæ ſunt. 70. numer. 18
Pro veritate ſcripturæ ſive inſtrumenti, præſumitur. 17. num. 29
Probare qui vult qualitatem, prius probet ſubſtantiam, in qua qualitas illa fundatur. 86.n.12
Probatio eius non admittenda, quod probatum non relevat. 83. n.74
Probatio non ſufficiens, & dubia exiſtens, contra probare volentem, interpretanda eſt. 80. numero 10
Probatio generalis & obſcura, in iure non admittitur. 80. nu. 11.12
Probatio qualisqualis ſufficit, ut quis ad audientiam admittatur, in ipſo autem iudicio reſtitutionis in integrum, requiritur plena probatio. 37. numero 11. Niſi manifeſta ſit circumſcriptio, aut minores nimis negligenter in cauſa verſati ſint, prætor interponere ſe non debet. 37.n.12
Probatio quælibet neceſſario debet concludere. 80. numeros

Digitized by Google

Probatio non neceſſario concludens, ne nomine quidem probationis nuncupanda, & momenti nullum eſt. 80. n.6
Probatio generalis non ſufficit, quando ſpecies requiritur. 80. numero 7. Specialis nota & expreſſio requiritur ad id, quod in ſpecie, & nominatim exprimi debet. 80. n.8
Probatio manifeſta dicitur, quæ per evidentes coniecturas colligitur. 49.n.36
Probatio iniungitur ei, qui non poſſidet, transfertq́ꝫ poſſeſſio onus probandi in adverſarium ſive Actorem. 106. numer. 61
Probationes ex domo propria producenda. 43.n.5
Proceſſus, dilatione pendente habitus, eſt ipſo iure nullus. 105. n.42
Proceſſus à bonorum poſſeſſione in petitione hæreditatis, per Decretum Magiſtratus inſtituendus. 89.n.12
Procurator ſive Advocatus ad patrocinium non admittendus, niſi à Præceptoribus, vel Academiis, aut magiſtratu, ſub quo ante vixit, vita ſua tranſacta atq́ꝫ eruditionis proferat teſtimonium. 87.n.2
Prohibitio alienationis, ſine approbatione iudiciali, intelligitur de rebus immobilibus, ſive ſoli: item de caſu donationis ſimplicis. 45.n.41
Prohibitus teſtari, donec extent ſibi filii ſubſtitutus fideicommiſſarie dicitur. 64.n.28
Promiſſio facta bey Ehren/Trew vnd Glauben/an Eydes ſtadt/ vim habet veri & corporalis iuramenti, & ei æquiparatur. 83.n.23
Promiſſio ob certam cauſam facta, inſinuatione non indiget. 3. n.171
Promiſſio univerſalis augmentum & diminutionem recipit. 27.n.64
Promiſſio de non alienando bona ſua, promittentem obligat. 116.n.28
Promiſſio eadem ratione ſubſiſtit, de non alienando extra certas perſonas facta. 116.n.29
Promiſſio de fideli & diligenti adminiſtratione, ut aliquid operetur, etiam ad leviſſimam uſq́ꝫ culpam extenditur. 44. n.9. Quod etiam in tutore non legitimo procedit, in favorem pupillorum, pro quibus ſemper facienda eſt interpretatio. 44.n.10
Promiſſores poſſunt antevertere terminum ſolutioni deſtinatum 19.n.75
Proniores eſſe debemus ad diſſolvendum, quàm obligandum. 49.n.16
Propoſitum in mente retentum nihil operatur. 20.n.23
Propoſitum in mente retentum dici nequit, quod omnes norunt. 36.n.80
Propria partis confeſſione nulla maior & fortior probatio. 3.n. 13
Propria confeſſio maximum adfert præiudicium. 89. numer. 18
Proprietas fundi nihil habet commune cum proprietate Iurisdictionis. 2.n.11.74.n.26
Proprietas, tanquam dignior, ſemper trahit ad ſe poſſeſſionem, ut ea ſequatur dominium, quia inſtior eſt petitio proprietatis. 58.n.226
Propter omiſſam feudi recognitionem, ſive inveſtituræ petitionem, feudum amittitur. 100.n.49
Prorogatio termini ſolutionis, fideiuſſores ad certum tempus obligatos, illo elapſo, eoſdem omnino liberat. 49. numero 5.
Proteſtatio facto contraria, nihil relevat, ſed invalida eſt & nullius effectus. 23.n.152
Proteſtatio in his duntaxat operatur, quæ à proteſtantium arbitrio ac voluntate dependent. 23. nu. 153. 43. num. 32
Proteſtatio annectitur: & quid ſit compromiſſum, declaratur. 101.n.13
Proteſtatio, non facta proſecutione, à proteſtante, deſerta dicitur. 43.n.31
Proteſtatio fruſtranea eſt, contra iuris diſpoſitionem, & circa id, quod non eſt in ſua poteſtate. 43. numero 33
Proteſtatio ſine cauſa, nullius eſt effectus, nec aliquicquam præiudicat. 43.n.34.35
Proteſtatio inſtrumentorum accipientis, vel producentis ius eius ſalvum & integrum reſervat. 83.n.51
Proteſtatio non auget, vel de novo addit ius quoddam proteſtanti. 23.n.157
Proteſtatio, ius proteſtantis illæſum conſervat. 16. numero 15
Proteſtatio animum ab actu, qui fit, tollit ac removet. 16.num. 16
Proteſtatione opus non eſt in iis, quæ ipſo iure ſalva & integra manent. 81.n.61
Proverbium in Parlamentis Gallicis uſitatum: Proponite factum, curiales intelligunt iura. 88.n.3
Proviſio hominis, proviſionem legis ceſſare efficit. 75. num. 39. Maxime, ſi hominis proviſio ſit ſpecialis, & hoc ipſum agatur, ut à proviſione legis, aut ab obligatione priori recedatur. 19.n.67
Proximitas ad vaſallum proxime defunctum, non ad primum acquirentem refertur. 67.n.35
Proximus agnatus ad recuperandum feudum alienatum, etiam nullo refuſo vel oblato pretio, admittitur. 90. numero 10
Proximo agnato, de iure Saxonico debentur res expeditoriæ. 88. n.48
Proximior gradu remotiorem excludit in ſucceſſione collateralium; excepto uno caſu, ſi fratrum & ſororum liberi cum patruis & materteris ſuis, ad patrui vel materteræ ſucceſſionem concurrant. 67.n.36
Proximior gradu, potior quoq́ꝫ eſt, & præfertur cæteris in ſucceſſione. 8.n.14
Proximioribus poſt defectum lineæ vocatis, cenſentur vocati proximiores exiſtentes tempore conditionis evenientis. 82. n.4
Publica inſtrumenta paratam habent executionem. 83. num. 58
Publica privatis ſunt favorabiliora. 116. numero 31
Publica ſcriptura eſt, quæ fit iudicialiter, apud acta & iuſſu iudicis. 79.n.3
Publicæ utilitatis ratione receditur à regulis iuris, & permittitur illud quod alioqui prohibitum eſt. 1. numero 55
Publicæ utilitatis cauſſa, favoreq́ꝫ libertatis, multa iure civili contra iuris rigorem, & rationem diſputandi, admittuntur. 116.n.48
Publicatio facta in uno iudicio, non impedit productionem teſtium in alio. 52.n.11
Publice intereſt, ut litibus cito finis imponatur. 58. numer. 217
Publicum inſtrumentum dicitur ſcriptura; cui ſine alio adminiculo creditur, de iure, ſtatuto, vel conſuetudine ſpeciali. 83.n.56. Item quæ deſumitur ex archivo publico, vel Cancellaria. 83.n.57
Pupillus in concurſu præfertur creditoribus omnibus poſteriorem habentibus. 81.n.66
Pupillo competit actio tutelæ, adverſus tutorem ad reddendam rationem omnium geſtorum & omiſſorum. 81. numero 13. Item actio hypothecaria in rem tutoris. 81. numero 14
Pupillorum facultates, ſive bona aliorum invidiæ patere non debent. 81.n.53
Pupillis certum tempus ad agendum contra tutorem præſcribi, ſive præfiniri non poteſt. 81.n.17
Pupillaris ſubſtitutio expreſſa, continet ſub ſe vulgarem tacitam. 113.n.149

Quæ

Q.

QVa ratione aliquid continetur, ac eſt in obligatione, tali etiam ratione & conditione eſt in ſolutione. 81. num. 40
Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi, cui adiicitur. 36.n.86
Qualitas rei naturalis tamdiu ineſſe præſumitur, donec contrarium ſive mutatio aliunde probetur. 84.n.67
Qualitatis perſonarum ratio habenda eſt. 113.n.47
Qualitates appoſitæ in uno capite, cenſentur in aliis repetitæ. 64. n.65
Quamdiu extat ex teſtamento heres, non admittitur ſucceſſio ab inteſtato. 115.n.122
Quamdiu heres ex teſtamento exiſtit, ſucceſſioni ab inteſtato locus non eſt. 115.n.21
Quando agitur de poſſeſſione decem annorum, requiritur, ut extremitas & initium cuiuslibet decennii probetur. 107. n. 40
Quando aliquid pro forma requiritur, illud præciſe & ad unguem impleri, ac obſervari oportet. 18.n.48
Quando de mero regali & privilegio, ſive iure regio diſputatur, & controvertitur, poteſt à Principe ſuppleri, etiam ordine ſive proceſſu iuris non obſervato. 117.n.48
Quando diſpoſitio non valet ut teſtamentum, credendum eſt teſtatorem voluiſſe facere codicillos, ut ſuſtineatur. 21. num. 27
Quando conſtat teſtatorem voluiſſe condere teſtamentum, non ſuſtinetur eius diſpoſitio, in vim codicillorum. 21. numero 28
Quando unus locus alteri unitur, æquè principaliter, non ſubiicitur conſuetudini, neq; legibus illius loci, cui unitur: quod exemplificatur, remiſſive. 77.n.105
Quando una Provincia, alteri regno per modum acceſſorii unitur, & illa peculiarem habet conſuetudinem, tum conſuetudo regni ad illam non extenditur. 77.n.106
Quando unus Rex, vel Princeps plura regna, Ducatus vel principatus obtinet, tum pro pluribus perſonis, atq; perinde habetur, ac ſi plures Reges, vel Principes, illa regna, ducatus, vel principatus tenerent & poſſiderent. 77. n. 141. 82. n. 95
Quando longa conſuetudine certus iudicii locus conſtitutus eſt, tunc Dominus in illo loco iudicare neceſſe habet, neq; id abſq; partium conſenſu & voluntate immutare poteſt. 77. n.142
Quando debitum eſt neceſſarium, legatum animo compenſandi, cum debito neceſſario relictum præſumitur. 24. numero 14
Quando quantitas legata convenit, cum quantitate debita, vel illam excedit, animus compenſandi præſumitur. 24. num. 15
Quando quid de hereditate ſupereſt, feudum non prægravatur. 88.n.49
Quando pater inter liberos, etiam ſolenni teſtamento antea condito, aliquid vult mutare, nihil amplius requiritur, quam legitima voluntatis eius probatio, ad quam duo teſtes ſufficiunt. 37.n.25. Etiamſi illi teſtes ad hoc ſpecialiter rogati non ſint. 37.n.26. Immo & hoc in ſcriptis non neceſſe eſt fieri ſed oretenus tantum nuncupati ſufficit. 37. n.27
Quando de voluntate teſtatoris conſtat, ex teſtamento quamvis imperfecto inter liberos condito, omnia in eo contenta ſervari debent. 15.n.63
Quando filia excluditur ab omnibus bonis paternis, debet & qualitas dotis talis eſſe, ut reſpectus habeatur, ad omnia bona, à quibus excluditur. 18.n.41
Quando agitur de excludendo dolo, & mala fide, potius præſumitur quid ex ignorantia iuris, & per errorem, quam & mala fide factum vel omiſſum. 82.n.82
Quando plura iura diverſa concurrunt, in perſona unius, perinde habetur, ac ſi concurrerent in perſonis diverſorum. 74. n.49
Quando maritus lucratur dimidiam dotem ex ſtatuto, vel pacto, extantibus liberis, detrahi prius legitima debet, & reliquum poſtea æqualiter dividi. 41. numero 65. & 66
Quando per compromiſſum res alicui aufertur, de illa re non datur actio contra autorem, de evictione. 66. numero 6
Quando diverſi fori litigantes ſunt, ibi habere domicilium intelliguntur, ubi ſita eſt hereditas. 97.n.8
Quando duo fortuito pertranſeuntes educunt, & eorum unus interficitur, ut nimirum tunc ceſſare dicatur animus occidendi præmeditatus. 94.n.7
Quādo ſuper aliquo contractu non confectum fuit inſtrumentum, oritur ſuſpicio illum revera contractum non fuiſſe. 3.n. 10
Quando peto id quod iam habeo, iuſta adverſum me parata eſt exceptio. 36.n.20
Quando ſumi poteſt alia interpretatio, ſive coniectura, quam renunciatio ſumenda eſt. 1. numer. 30. 20. numero 108
Quando ex expreſſo, ſequitur tacitum, illud expreſſum videtur. 7.n.66
Quando debitor non poteſt ſolvere, recte eius nomine tenentur fideiuſſores. 104.n.13
Quando producuntur diverſæ vel contrariæ ſcripturæ, quod nulla valeat. 97.n.27
Quando verba privilegii per ſe aliquid operari poſſunt, nunquam extenduntur, ut ulteriorem diſpoſitionem inducant. 77.n.18
Quando plura ſunt verba, quæ plures recipiunt intellectus, à verbis non eſt recedendum. 26.n.5
Quando una perſona eſt excluſa, omnes ex ea deſcendentes excluſi intelliguntur. 115.n.163
Quando ſpecialis præſumtio, à lege approbata, repugnat præſumtioni hominis, legis præſumtio validior eſt. 54. numer. 11
Quanquam legum Romanarum non ſit vilis auctoritas: tamen non adeo extendunt vim ſuam, ut aut uſum vincant, aut mores. 100.n.29
Quantitas & conſtitutio dotalitii de iure Saxonico. 41. num. 56
Quantitas dotis nullibi definitur, ſed regulæ quædam generales à DD. traduntur, quæ in taxatione dotis ſunt obſervandæ. 36 n.111
Quantitas pretii oſtendit, num in emtione venditione res aliqua contineatur. 50.n.11
Quarta uxori nobili, poſt mortem mariti, debita ab inteſtato quænam ſit? 24.n.25
Quæ ad unum certum finem inducta & geſta, non debent extendi ad alium, atq; eo reſpectu intelligenda, quo facta ſunt. 115.n.181
Quæ de facto ſunt, nulla iuſta exceptione, defendi poſſunt. 25. n.46
Quæ ipſo iure in contractibus veniunt, neceſſario non exprimenda & per ſe intelligenda. 83.n.42
Quæ naturaliter inſunt, tacite veniunt, licet non exprimantur. 84.n.23
Qui facti ſunt, probari oportet. 83.n.32
Quæ non veniunt in collationem, ſive, quæ non conferuntur, non imputantur in legitimam. 40. numero 10
Quæ peculiari iure conſtituta ſunt, nunquam in generali diſpoſitione includuntur, ſed ſpecificam & expreſſam eorum mentionem fieri oportet. 80.n.9
Quæ prohibitio in quartum gradum affinitatis, cum ſponſa cognata, præmortua etiam, intelligitur. 6. numero 28. Reſtrictio eiuſdem prohibitionis. 6. numero 29. Impedimentum publicæ honeſtatis in hoc caſu conſiderari oportet. 6.n.30

Quæ

Quæ nulliter geſta ſunt, dilatione pendente, nec de partium conſenſu firmantur. 105.n.51

Quæ ratione eventus incerta ſunt, pro lucro non habentur. 79.n.22

Quæ ſtricti iuris ſunt, ſtricte intelligi oportet. 7.n.41

Quæ teſtator non ſcripſit, in teſtamento, ea nec voluiſſe credendum eſt. 37.n.147.150

Quæcunque Princeps vult, pro facto habentur, placitumque illius vim legis habet. 85.n.3

Quæcunque alteri rei adiecta ſunt, loco adiectionis cedere dicuntur. 2.n.5

Quælibet cauſſa etiam iniuſta à dolo, & contumacia excuſat. 106.n.67

Quælibet diſpoſitio ab uſu & obſervantia declarationem recipit. 100.n.42

Quælibet promiſſio hanc tacitam habet conditionem, ſi fides ſibi ſervetur. 13.n.83

Quælibet voluntas ultima, excepto teſtamento, quinq; teſtes requirit. 7.n.31.45.n.28

Quælibet voluntas ultima eſt ordinatio ſucceſſoria, per ſe ſubſiſtens, etſi non poſſit dici teſtamentum, nec codicillus. 15.num.12

Quæſtio de familia non habetur, niſi conſtet aliquem occiſum eſſe: nec ſatis, conſtare de facto, niſi etiam conſtet de facti qualitate, quod ſcilicet dolo factum ſit. 86. numero 10

Quæſtio examinatur: an in emtorem hereditatis tranſeat ius patronatus, 110.n.34. *Affirmativa quæ rationibus & autoritatibus nitatur:* 110.n.35. *Negativam veriorem eſſe, defenditur.* 110.n.36

Quæſtio proponitur: An in emtorem hereditatis tranſeat ius accreſcendi, quod itidem negatur. 110.n.40. *Rationes eiuſdem annectuntur* 110.n.41. *Contrariæ ſententiæ autores, & fundamenta refelluntur.* 110.n.42

Quævis ſubſtitutio favore digna eſt. 115.n.70. *Si ex teſtamento manifeſte apparet, aliquem eſſe ſubſtitutum, illud eam vim habet, ut ſubſtituto hereditas deferatur, nec ad ullum alium pertineat.* 115.n.71

Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio 78.n.2.113.n.30

Qui ad mandatum vel citationem ſibi inſinuatam non reſpondet, aut excuſando non ſtatim comparet, ab omni contumacia & contemtu excuſatur. 105.n.44

Qui aliam ſibi eligit ſedem, ibi & ſepeliri debet. 58.n.117

Qui aliter id quod ſibi debetur, recuperari nequit, quomodocunq; ſibiipſi ſatisfacere poteſt. 13.n.15

Qui aſſerit hominem vita defunctum, & rem non amplius extare, probare debet. 54.n.4

Qui certus eſt voluntatis defuncti, non eget alio teſtimonio, & ſi poſſidet ex voluntate illa, iuſte poſſidet. 61.n.40

Qui facit id, quod plerumq; fit, recte agere cenſetur. 114.n.3

Qui confitetur quid, ſub certa qualitate, is ad probationem eius, tacite ſe obſtringit. 58.n.62

Qui bene & diligenter ſe adminiſtraturum promiſit, recte convenitur, etiamſi ei, non niſi leviſſima tantum culpa, imputari poſſit. 20.n.15

Qui ex ſimultanea aliquid vult obtinere, aliquid amplius docebit, nempe ſe ex proximo acquirente deſcendere, & ſimul defuncto gradu eſſe proximiorem. 66.n.42.44

Qui legem, vel privilegium uſu receptum eſſe dicit, probare debet. 117.n.24. *Quod magis dicendum eo caſu, quando contradictio continenter perpetuata, ex actis apparet.* 117.n.25. *Et in ſpecie, ſi privilegium non ſit acceptatum, tolli poteſt.* n.26

Qui noluit conſequens, videtur etiam noluiſſe antecedens, hoc eſt, omnia ſine quibus illud non poteſt procedere. 72.numer.32

Qui in caſum mortis alterius conceſſionem impetravit, interim conditione pendente, nullam inveſtituram habere cenſetur. 82.n.13

Quod & de inveſtituris ſimultaneis obtinet. 82.n.14

Qui non facit, quod facere debet, facit adverſus ea, quæ non facit: Et qui facit, quod facere non debet, non facit id, quod facere iuſſus eſt. 105.n.31.& 45

Qui pro ſe habet inſtrumentum, paratam habet executionem. 92.n.3

Qui olim poſſedit, hodie etiam poſſidere dicitur. 58.n.10

Qui ſe fundat in obligatione conditionali, conditionem in ſpecifica forma extitiſſe, ſeu impletum eſſe, probabit. 25.numero 32

Qui rem mobilem in feudum dans vel accipiens, fidelitatem Domino iuravit, non obligatur: quoniam contra ſubſtantiam contractum eſt. 71.n.52

Qui fugit inimicitias, non dicitur lædi. 35.n.23

Qui ſemel ius ſuum remiſit, eo amplius uti nequit, & ad renunciata non datur reditus. 20.n.43

Qui ſingulis annis tenetur gratis molere, frumentum alterius, pro ſe & familia ſua, is aucta familia gratis molere non tenetur. 27.n.189

Qui voluntatem ultimam non valere arguit, idipſum probabit. 15.n.13

Qui promittit, quid dare, ubi per exceptionem tutus eſſet, donare intelligitur. 37.n.132

Qui legem quærunt, ubi viva eſt ratio, infirmitatem intellectus produnt. 36.n.110

Qui habet rem, & ſentit commodum, ſubit quoq; onus rei. 39.n.79

Qui non ſervat fidem conventionis, privandus quoq; eſt eius emolumento. 13.n.76

Qui per ceſſionem, aliorum iura quæſivit, uti iure omnium poteſt, & omnium quoque perſonam repræſentat. 74. num. 50

Qui honeſto titulo poſſidet, nequit conveniri. 61.n.57

Qui primum eſt inſultatus in dubio à lege præſumitur, quod quidquid facit, ad ſui defenſionem feciſſe ex[illegible]netur. 94.n.16

Qui iure ſuo utitur, nec dolo, nec iniuria facere videtur. 34.n.12

Qui patitur, quod facile providere, & prohibere poteſt, facere ipſemet dicitur. 34.n.18

Qui ſuſtinet onera Eccleſiæ, illi & ius patronatus competit. 58.n.121

Qui compenſatione uti nequit, retentione tamen recte utitur. 78.n.30

Qui contra ſe habet præſumtiones, ille tenetur intentionem ſuam probare per efficaciores & apertiſſimas probationes. 1.n.64

Qui omne dicit, nihil excludit. 68.n.6

Qui non ſunt pares in gradu, non poſſunt facto vel iure pares cenſeri, vel ad paria iudicari. 67.n.48

Qui facit omnia quæ ſanus facere poteſt, potius præſumitur ſtupidus, quàm ſtolidus. 102.n.4

Qui venditor non eſt, ſed venditoris creditor, ad evictionem tenetur, ad quam teneretur venditor, ſi ſolvendo eſſet. 101.nu.10

Qui quid, ut talis, vult conſequi, talem ſe eſſe prius oſtendat. 22.n.7

Qui voluntatem teſtatoris ſequitur, nullo modo eam impugnat. 36.n.83

Qui fraudem allegat, ei incumbit onus probandi. 45.n.69

Qui ſemel in ius vocavit aliquem apud primum iudicem permanere debet. 105.n.26

Qui vult agere contra aliquem ex contractu, debet ipſe impleviſſe contractum. 13.n.86

Qui non habet, quod reddat, eius periculo nihil eſt. 20.n.8

Qui ſentit onus, merito quoq; commodum & emolumentum aliquod ſentire ac percipere debet. 19.n.11

Qui ſervitia formam feudi eſſe ſtatuunt, longe errant. 84.num.14

Qui legem ſequitur, legem non impugnat. 36.n.82

Qui non habet, quod perdat, eius periculo nihil eſt. 99.n.9

Qui non facit quod debet, non accipit, quod oportet. 13.n.75

Quibus beneficiis, ac exceptionibus non appareat renunciatum, illa etiamnum durant. 20.n.128

Quibus è feudo alimenta, vel dotes debentur, non præferuntur aliis creditoribus, legitimam hypothecam in feudo habentibus. 39.n.31

Quicquid ex cauſſa fieri debet, id opus habet cauſſæ cognitione. 25.n.49

Quæ quid privilegia, ſtatuta & conſuetudines non diſponunt, nec nos præſupponere, aut ultrà verba extendere debemus. 88.nu.18. *Et tantum de potentiâ habent, quantum de actu, præſertim, quoad præjudicium tertii.* 88.n.19

Quid perſonæ, earumque roſtra ſignificent in l. fundi. 17. §. *item conſtat.* 9. *de action. empt.* 110.n.101

Quid ſit obligatio ex Donello. 99.n.5

Quilibet de rebus ſuis ad ſe tantum pertinentibus libere diſponit. 111.n.38

Quilibet rei ſuæ moderator & arbiter. 3.n.158. 15.n.65. 105.n.12. 72.n.2. 100.n.26

Quilibet hereditatem ſuam relinquere poteſt, cui velit, etiam invitis iis, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent. 7.n.90

Quilibet Accuſator jure veteri per inſcriptionem ad talionis pœnam ſe obligare coactus. 86.n.33

Quilibet ſuam magis, quam alienam familiam diligere videtur. 62.n.6

Quilibet cenſetur animum ſuum componere, ad legum præſcriptum & normam. 16.n.18

Quilibet rebus ſuis omnem conditionem & legem, quam vult, imponere poteſt. 15.n.71

Quilibet ad conſervandum potius tendit, quam ad perdendum. 1.n.22

Quilibet actus ita interpretandus, ut valeat eo modo, quo valere poteſt: non etiam omni modo, quia ſemper valeret. 21.nu.38

Quilibet in poſſeſſione repertus, præſumtionem bonæ fidei pro ſe habet. 58.n.67

Quilibet velle cenſetur quod juri conſonum eſt, & quod quàm minimè ab illo receditur. 8.n.33

Quilibet de rebus ſuis, & inter vivos, & in ultimâ voluntate rectè diſponit. 15.n.70

Quilibet juri & favori ſuo renunciare poteſt. 78.n.33

Quiſque in ſtatu libero potius, quam oneroſo eſſe præſumitur. 27.n.148

Quiſque ſcire debet, quod ſuum non eſt, id ad alium modis omnibus pertinere. 58.n.250

Quo plus cautelæ in ſimulatis contractibus componendis & ſalvandis adhibetur, eo major fraudis ſuſpicio arguitur & detegitur. 113.n.32. *Factum adhibitum in eum finem, ne alter contrahentium dicat contractum ſimulatum arguit majorem ſuſpicionem.* 113.n.33. *Ad detegendum contractum ſimulatum ſufficiunt conjecturæ.* 113.n.34

Quoad donationem propter nuptias, expreſſam anteriorem non habentibus, mulier æquè præfertur. 79.n.31

Quod eſt in conditione, ante ejus eventum non dicitur in diſpoſitione. 82.n.12

Quod ex promiſſione in diem debetur, vel ſub conditione, etiamſi ſtipulator, priuſquam dies venerit, vel conditio extiterit, moriatur, ad heredes transmittitur. 19.n.31

Quod evenire poteſt, non inſpicitur, quando præſens ſtatus non indicat contingentiam de futuro. 27.n.175

Quod ipſo jure nullum eſt, nullum ſortitur vel operatur effectum: ac non entis nullæ ſunt qualitates, nullæ conſiderationes, nulla accidentia. 105.n.41

Quod lex, vel Privilegium aliquod, non dicit, nec nos dicere debemus. 32.n.30. 116.n.69

Quod juris eſt de toto, quoad totum; idem juris eſt, & eſſe debet de parte, quoad partem. 19.n.101

Quod inter contrahentes actum eſt, obſervari debet 78.n.73

Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. 83.n.71

Quod in favorem alicujus introductum eſt, id in odium ejus retorqueri non debet. 59.n.81

Quod neque fieri pacto, nec etiam ſtatuto vel cõſuetudine introduci poteſt. 79.n.42

Quod Codicillis relictum eſt, perinde habetur, ac ſi in teſtamento ſolenni relictum eſſet. 9.n.6

Quod verbis contractus, ſive privilegii expreſſum non eſt, id nec nos dicere, aut affirmare debemus. 59.n.89

Quod dicitur, teſtamentum apud acta, non poſſe condi, per mandatarium teſtatoris, quomodo intelligendum. 70.n.20

Quod nullum eſt factum ſemel, effectum deinceps parere nequit. 49.n.42

Quod lege cautum non reperitur, neque nobis dicendum erit. 13.n.72

Quod legitimo modo non mutatur, cur ſtare prohibeatur. 37.n.146

Quod introductum eſt, propter teſtamentorum ſinceritatem, & utilitatem publicam, ut fraudibus paſſim obvietur, in re maximi momenti. 21.n.64

Quod contra rationem juris receptum eſt, non producatur ad conſequentias. 41.n.48

Quod non tollitur, neque immutatur, firmiter etiamnum obtinere debet. 9.n.22

Quod compenſatur, vel permutatur, non donatur. 4.n.16

Quod noſtrum eſt, ſine noſtro facto, nobis non debet adimi. 25.n.16

Quod eſt ceſſibile, idem etiam tranſmiſſibile. 19.n.28

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, eſt juris naturalis. 86.n.5

Quod plurium conſenſu eſt contractum, non niſi mutuo etiam ipſorum diſſenſu reſolvitur. 72.n.26

Quod omittitur à teſtatore in ſcriptura, pro omiſſo habetur. 37.n.149

Quod in parte, præſertim indiviſa & præcipua juris eſt, id etiam in toto obtinere ſolet. 18.n.60

Quod de uno negatur, de altero non negari conceditur. 9.nu.26

Quod actori licet, multò magis reo licere debet. 58.n.213

Quod Princeps facit, vel dicit cum conſilio procerum, & conſiliariorum, id præſumitur juſtum. 59.n.33

Quod quis non loquitur, nec velle præſumitur. 115.n.108

Quod nullum eſt, perinde habetur, ac ſi factum non eſſet. 3.n.81

Quod licet inter vivos, multò magis in ultimâ voluntate. 27.n.45

Quod inter contrahentes ſive tranſigentes actum eſt, ſemper & ubique obſervandum. 27.n.73

Quod nullum eſt, nullum operatur effectum. 3.n.82

Quod non eſt, deberi nequit. 39.n.23

Quodlibet feudum rectè etiam citra ullum amiſſionis periculum, domini conſenſu impetrato in quemvis alienari poteſt. 106.n.33

Quorum æqualis eſt ſanctitas, eorum etiam feſtivitas celebratur æqualis. 67.n.6. 15.n.195

Quos teſtator in una parte teſtamenti diſpoſitivè vocat, ii cenſentur vocati etiam ad eam partem, cujus reſpectu fuerant in conditione poſiti. 64.n.27

Quos teſtator vivens dilexit, etiam moriens diligere præſumitur. 64.n.56

Quoties peculiaris ratio alterum ſexum non ſuadet excipi: toties perſonæ appellatione, uterque ſexus continetur. 110.n.19

Quoties ab inferiori curia ad ipſum Principem ſupplicatur, & curia illa Principem repræſentat, hoc reſpectu ſupplicatio apud eundem judicem interponi dicitur. 77.n.107

Quoties teſtator vult bona ſua in familia conſervari, tunc liberos in conditione poſitos, per fideicommiſſum ſubſtituere voluiſſe videtur. 64.n.25

Quoties lucrativo titulo aliquid percipitur, donatum intelligitur. 3.n.137

Quoties ex verbis teſtatoris colligi poteſt inſtitutio, idem eſt, ac ſi expreſſa fuerit. 7.n.67

Quoties de quantitate debiti non conſtat, toties exceptio debiti illiquidi executionem remoratur. 1.n.68

Quoties voluntas diſponentis præſumitur, ſemper id eatenus admittendum, niſi contrarium evidenter appareat, & probetur. 27.n.94

Quoties filii poſiti in conditione, ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, toties per fideicommiſſum ſubſtituti intelliguntur. 64.num.22

Quoties à ſententia ſuperioris ſupplicare licet, idem etiam à ſententia inferioris permittendum eſt. 77.n.28

Quoties res alicui obligata eſt, illam etiam propter aliud debitum, retinere poteſt. 3.n.35

Quoties quis actum liberè non poteſt facere, tum non ſtatur ejus aſſertioni ſuper eo, quod actum validum reddit. 3.n.6

Quoties confeſſio mariti ex conjecturis ſaltem pro parte vera apparet, tum tota vera eſſe præſumitur, & probat. 3.n.12

Quoties actus, abſque curatoris conſenſu geri non poteſt, tamen, quando cedit in utilitatem, ejus, cujus gratia curator intervenire debebat, valet, etiam abſq; curatore. 3.n.116

Quoties ab utraque parte quid requiritur, altero non implente, ſi præſertim prior implere tenebatur, alter ille in mora interim conſtitui nequit. 13.n.78

Quoties quis exemplum teſtamenti præparat, & prius decedit, quam impleatur ſcriptura, illa nihil obtinet, nihilque inde debetur. 15.n.432

Quoties quis rem per compenſationem retinere poteſt, illam non prius reſtituit, quam ei fuerit ſatisfactum, etſi cautio fidejuſſoria offeratur. 78.n.7

Quoties appellatio prohibetur, ut cauſa finis imponatur, tum ut effectum habeat diſpoſitio, appellatione remota, etiam ſupplicationis remedium ſublatum intelligitur. 77.n.53

Quoties nulli teſtes adhibiti fuerunt, tùm donatio etiam mortis mẽtione factã, pro donatione inter vivos haberi debet. 3.n.91

Quoties is, contra quem actio competit, liberari poteſt, cedendo actionem, creditor cauſa circuitus evitandi etiam ſine ceſſione rectè agit, contra eum, qui pecuniã reddere debet. 39.n.88

R

Radice infectã, inficiuntur omnia ex ea deſcẽdentia. 115.n.168

Radice amputata, rami quoque decidunt. 115.n.169

Radice vitiata, intelliguntur etiam rami vitiati. 70.n.95

Ratihabitio retrotrahitur, & perinde eſt, ac ſi ab initio ſtatim intervenisset. 39.n.61

Ratihabitio, ſive ratificatio, etiam in maleficio, retrotrahitur, & mandato æquiparatur. 19.n.71. Quod procedit, ſive quis expreſsè, verbis ſpecificis: ſive facto ipſo, mentem ſuam declaret. 19.n.72

Ratihabitio ſive ratificatio, æquiparatur mandato. 39. n.62. Sive fiat expreſsè verbis, vel etiam facto. 39. nu. 63. Idque verum eſt etiam in his, quæ requirant ſpeciale mandatũ. 39.n.64

Ratio diverſa, jus diverſum ſtatuit. 82.n.34

Ratio, juris nentiquam admittit, ut, unus quidem ſit debitor, alius autem pro eo exigatur. 39.n.24

Ratio naturalis parentum hereditatem liberis addicit; item bona materna, & dotalia. 41.n.31

Ratio cur donationes inter conjuges admitti debeant. 3.n.128

Ratio Conſtit.11.part.3. Conſtit. Saxon. 40.n.23

Ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio. 82.n.43

Rationes ſubjiciuntur, propter quas pacta futuræ ſucceſſionis de jure prohibeantur. 3.n.164

Receptio ſervitiorum poſt petitam inveſtituram, domino feudum commiſſum dicenti, multum præjudicat. 74.n.37

Receptio facta ab uno ex correis prodeſt omnibus. 20.n.55

Reciprocationis ergo, valet pactum de mutua ſucceſſione, inter maritum & uxorem. 4.n.19

Reciprocationis gratiâ, multa permittuntur in jure, quæ aliàs prohibita. 4.n.17

Reciprocationis effectus eſt, ut actus qui ſimpliciter non valeret, valeat reciprocus. 4.n.18

Reciprocationis regula eſt: Prout tu ſuccedis mihi, ita ego tibi. 64. num.91

Reconventio ſemper in loco litis finita contra actorem reaſſumenda & finienda eſt, ratione, jure, atque continentia cauſſa id ſuadente. 97.n.18

Rectè agitur, ut res liberè & effectualiter, nobis tradatur; quantenus res nondum evicta, vel judicio ablata fuerit. 13.n.71

Recurſus vocabulum generale eſt, comprehendens ſupplicationem querelam, & alia remedia. 77.n.54

Recurſus ad ſuperiorem nunquam cenſetur prohibitus, quibuſcunque etiam verbis prohibeatur appellatio, vel aliud juris remedium. 77.n.33

Recurſum ad ſuperiorem nunquam cenſeri prohibitum, quomodo & in quibus terminis procedat. 77.n.110

Reditus annui, vulgò Zinſe/ oder Pechte/ an inter mobilia, vel immobilia cõputentur, præſcribantur, &c. 69. n.3. remiſſivè.

Referens, accipit interpretationem ex relato: & quicquid continetur, in relato, dicitur quoque contineri in referente. 12.n.4

Referẽs abſque relato, nequit conſiſtere, aut alicujus rei fidem facere. 12.n.5

Refutatio feudi etiam Domino invito facta valet. 106.n.27

Refutari omninò aliquid dicitur, quando refutatur generaliter, quòd fit, quando non exprimitur aliqua perſona. 32. num.12

Regale illud juris braxandi ſub angariis & parangariis, plauſtrorum, collationibus, & extraordinariis collationibus continetur. 117.n.5

Regalia non præſumuntur conceſſa, niſi expreſſe eorum & ſpecifice in inveſtituris facta ſit mentio. 84.n.77

Regalia, ſub ea diſpoſitione, quæ verbis univerſalibus concepta eſt, ſimul contineri ſolent. 7.n.72

Regreſſum habet creditor contra fidejuſſores, ubi conſtat, quòd Creditori, à ſuo debitore ſatisfieri nequeat. 104.n.22

Regula hæc: qui prior tempore, potior jure: locum habet; etiamſi unum creditorum prætendat pignus conventionale, alter prætorium ſive judiciale. 81.n.69

Regula illa, quâ dicitur: Neminem alteri paciſci poſſe, limitatur publicæ utilitatis cauſſa, ex æquitate, quoad effectum dandæ actionis utilis. 110.n.68

Regula, quod promittens benè & diligenter ſe rem expediturum, de leviſſimâ quoque culpa teneatur, indiſtinctè vera non eſt. 20.n.38

Regulam pro ſe habens, intentionem fundatam habere dicitur, adeo; ut onere probandi ſublevetur. 63.n.5

Res omnes liberæ eſſe cenſentur, tam à ſervitiis, quam ab alio onere quocunque, donec contrarium probetur. 84.n.11

Res prius eſſe debet certa, antequam lex aliquid de ea diſponat. 86. nu. 11

Res unaquæque à fine ſuo eſt æſtimanda, utpote, in quo forma ejus conſiſtit & ſpectatur. 19.n.80

Res quælibet præſumitur retinere naturam & qualitatem, quã ſemel imbutam eſſe apparet. 83.n.66

Res quælibet manet, ac eſt in eo ſtatu, quo fuit antea. 74.n.14. 85. n.22 85.n.67

Res allodialis non præſumitur illo caſu, & loco, ubi bona ex parte majori, vel in communi magis ſunt feudalia, quam allodialia. 68. n. 4. Dum modò ſita ſint in uno & eodem loco. 68.n.5

Res in feudum data dici nequit, quando in tota ſcriptura conceſſionis, nullũ extat verbum, quod rem feudalẽ eſſe innuat. 52. n.7

Res feudalis præſumitur, quando ejus poſſeſſor præſtat ſervitia, in ſignum ſubjectionis feudalis. 74.n.7. Maxime ſi ultra triginta annos illud ita factum conſtet. 74.n.8

Res arreſtata, alienari & reſtitui nequeunt niſi prius oblata & præſtita idonea cautione, de indemni ſervando. 34.n.4.

Res Unaquæque à fine ſuo, & intentione facientis æſtimatur. 20. n.7. In his, quæ fiunt, non tam factum, quam animus & intentio facientis ſpectatur. 20.n.72

Res communis ab uno ex ſociis poſſeſſa, ab omnibus poſſideri cenſetur. 64.n.32

Res ipſa videtur abeſſe illi, cui pretium abeſt. 71.n.7

Res inter alios actæ, ad alios extendi nequeunt. 79.n.11. 84.n.39

Res, quæ ſemel fuit feudalis, etiamnũ talis eſſe præſumitur. 23.n.85

Res aliena pignori dari, aut hypothecæ ſupponi non poteſt. 25.n.36

Res ſub haſta venditas, & res fiſci, itemque pupillares præſenti pecunia diſtrahi oportet. 107.n.6

Res pluris aut majoris precij non eſt, quàm prout emtorem invenit. 76.n.12

Res inter alios acta, tertio non præjudicat. 61.n.38

Res feudalis præſumitur, quod extat in regiſtro bonorum feudalium. 74.n.9. Dum modò illud regiſtrum in archivo cuſtodiatur, & habeatur ceu ſcriptura alicujus archivi. 74.n.10. Maximè ſi concurrat longi temporis poſſeſſio. 74.n.11

Res & facta fortiora eſſe cenſentur ad declarandam hominis voluntatem,

luntatem, quam ipſa verba. 190.n.46
Res ſive bona, quæ debitoris non ſunt amplius, arreſtari, & ſiſti nequeunt. 25.n.3.37
Res qualibet, mobilis præſertim, non feudalis, ſed allodialis & libera potius eſſe præſumuntur. 23.n.68.58.n.169.71.nu.9.77.nu.145
Res futuras exprimi non eſt opus; cum ea, etiam ex indefinita locutione intelligantur. 61.n.8
Res alienari prohibita, non dicuntur propria, ſive jus defuncti. 7.n.16
Res expeditoriæ, & feuda, non imputantur in legitimam. 40.num.6
Res ſpirituales, in univerſum, abſque titulo, nemo poſſidere poteſt. 58.n.104
Res Eccleſiaſticæ in Emphyteuſin dari nequeunt. 85.n.34
Res unaquæque à fine ſuo æſtimanda: ut pote, in quo forma ejus ſpectatur. 58.n.184
Res judicata pro veritate habetur. 79.n.6
Res, quæ uſu conſumuntur, citra alienationem inutiles ſunt, quæ alienatio repugnat naturæ feudi. 71.n.12
Res Sacræ Sanctæ, & religioſæ etiam immobiles, plane ſunt impræſcriptibiles. 58.n.197
Res alicui concedi poteſt, ut poſt certum tempus alij reſtituatur. 3.n.170
Res inter alios acta, alteri nec prodeſt, nec obeſt. 20.n.60.49.n.18
Res Sacræ & religioſæ quare dicantur nullius. 85.n.28
Res ad uſum domeſticum mulieris non deſtinata, ad Geradam quoque non pertinent. 24.n.28
Res bona fide vendita, propter minimam cauſam inemta fieri non debet. 37.n.239
Res etiam generaliter hypothecata, ſi alienetur, jure pignoris obligata manet, & à tertio quoque poſſeſſore revocari poteſt. 1.n.37
Res verbum, vel bonorum inventum cum nota univerſali non recipit aliquam reſtrictionem, 9.n.16
Rei veritatem potius, quam ſcripturam inſpici oportet. 78.n.75
Rei vocabulum generaliſſimum eſt, 9.n.15
Rei diverſi fori nullibi, niſi coram Imperatore, tanquam judice ſuperiore immediato conveniri poſſunt, ne ſcilicet continentia cauſa dividatur, 97.n.7
Rem quamlibet ſua metiri ex origine & cauſa originali, 81.nu.10
Rem feudalem tamdiu retinere licet, donec meliorament a ſolvantur, 23.n.76
Et quidem donec vel unicus nummus deeſt. 23.n.77
Rerum immobilium alterationes iure Saxonico non valent, niſi in judicio fiant, 51.n.2
Rei nulliter donata ex prætenſa donatione nulla poteſt eſſe evictio, 66.n.31
Rei pupillaris, quam lex diſtrahi non prohibet, diſtractio per in integrum reſtitutionem non revocatur, niſi in eo grande damnum pupilli vel adoleſcentis verſetur, 38.n.4
Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter, 7.n.51. etiam in abutendo, ibid.n.52
Rem mobilem in feudum dans vel accipiens, non obligatur, qui fidelitatem dantis vel accipientis domino juravit. 71.n.14
Rem pro debito oppigneratum retinere licet adverſus eum, qui ſolvere tenetur, etiamſi pignus non valeat, 10.n.3
Rem quamque ſua metimur origine. 83.n.63
Rei pupilli diſtracta, quam lex diſtrahi prohibet, diſtractio per integram reſtitutionem non revocatur, niſi grande damnum pupilli, vel adoleſcentis verſetur. 37.n.241
Rebus ſuis legem imponere quis poteſt, quam vult, 7.n.53
Reſpublica comparatur pupillo, 74.n.36
Reipublicæ expedit ultimas defunctorum voluntates ſortiri eventum. 15.n.33
Reipublicæ pernitioſa eſt ſubtilitas, quæ ultimæ voluntates ſubvertuntur. 15.n.34
Reipublicæ intereſt ſuprema hominum judicia ſuſtineri, & exitum habere. 5.n.28.115.n.28
Reſpublica non præjudicat factum anteceſſorum, 74.n.47
Reipublicæ intereſt dotes cum omni cauſa, cujuſmodi eſt donatio propter nuptias, mulieribus eſſe ſalvas, 79.n.36
Reipublicæ intereſt, ut voluntates teſtatorum executioni mandentur, 37.n.85
Reipublicæ intereſt, ut familiarũ dignitas ſit ſalva, 15.n.91.111.n.7
Reiteratio operatur, ut ſub diſpoſitione comprehendantur diſsimilia & majora expreſſis, abſque ulla reſtrictione, 27.n.45
Relatio qualibet inter duo eſt: nunquam in uno tantum, 21.n.21
Relatum cum omnibus ſuis qualitatibus in referente eſſe intelligitur, 84.n.51
Relatorum uniformis & eadem eſt natura ratio & conditio, 63.nu.22
Relativum intelligitur reſtrictivè poni ad præcedentem ſermonem generalem, cum contextus orationis eſt continuus, 50.n.7
Relativum ſine copula reſtringit, quando ei aliquid adjicitur, quod non competit cuilibet de genere præcedenti, 50.n.8
Relativum QVOD, vel QVÆ, adjectum incerto corpori facit conditionẽ, 50.n.9. Et proinde intelligitur, ſi res extiterit, 50.n.10
Relictis patrum ſepulchris poteſt quis per electionem ad nova loca ſe & ſuos transferre. 58.n.118
Religioſa non deducuntur in judicium familiæ herciſcundæ, cum in illud non veniant obligationes, ex quibus ſingulis competit actio, 58.n.37
Remiſſio iuris in effectu eſt quædam donatio, 1.n.31.23.n.26
Remiſſio & renunciatio nunquam præſumitur, niſi probetur, 1.n.25. Et quidem evidentius ac per probationes arctiores, 1.nu.26
Remittentibus expreſſe vel tacite ius ſuum non eſt permittendus ad id regreſſus, 28.n.41.32.n.51
Remittere eſt dare, 20.n.113
Remoto conſequente cenſetur etiam antecedens eſſe remotum, 13.n.28
Remotiores æque ſunt agnati, & in poſſeſſione, vel quaſi agnationis, ut proximiores, 67.n.11
Renovatio nihil novi iuris tribuit, ſed id, quod invenit, fovet ac confirmat. 25.n.27. nec etiam vetus tollit, aut immutat. 23.n.28
Renovatio ſemper intelligitur facta cum iiſdem qualitatibus & conditionibus, quas prima habuit, 23.n.55
Renuncians alicui revidetur. 20.n.112
Renuncians in dubio omni ſuo iuri renunciaſſe cenſetur, 20.n.49. Maxime ſi renunciatio ex actu neceſſario inferatur, 20.n.50
Renuncians iuri ſuo illud repetere nequit, 64.n.51
Renunciantis mentem atque intentionem cumprimis ſpectari, & exinde renunciationem reſtringi oportet. 20.n.124
Renunciare iuri ſuo cuilibet licet. 3.n.23
Renunciare iuri aut privilegio ſuo nemo præſumitur. 81.n.55
Renunciatio ex acceſſorio conſenſu dependens, eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi quæ verbis palam exprimuntur. 20.n.119
Renunciatio eſt facti. 20.n.102
Renunciatio non præſumitur, niſi manifeſte probetur ab eo, qui illã innuitur, 20.n.103
Renunciatio probanda evidenter, & per probationes arctiores. 20.n.104
Renunciatio ex actu aliquo etiam proximo non inducitur, niſi de ea expreſſe agatur. 20.n.105
Renunciatio cenſetur in dubio facta, contemplatione illius, cui fit. 20.n.125
Renunciatio limitate & tantiſper facta, ad perſonas expreſſas duntaxat reſtringitur. 20.n.126
Renunciatio ad ignorata, vel non cogitata, minimè extenditur. 20.n.127
Renunciatio ſui juris nunquam præſumitur, quia facti eſt, nec veriſimilis. 78.n.42.43
Renunciatio etiam ex actu aliquo proximo non inducitur, niſi de ea expreſſe agatur. 78.n.44
Renunciatio habet vim pacti perſonalis, quando fit contemplatione perſonæ. 32.n.14
Renunciatio facta reſpectu rei nocet in perpetuum renuncianti, & ad illam rem renunciatam, non habetur regreſſus. 32.n.15
Renunciatio nunquam admittenda, ubi alijs conjecturis locus eſſe poteſt. 20.n.110.78.n.45
Renunciatio eſt quædam donatio & dilapidatio. 20.n.111

Renunciatio eſt ſtricti juris, & eam ſemper recipit interpretationem, qua vel non facta creditur, vel ſaltem renunciantis minus præjudicatur. 78.n.89

Renunciatio ubi apparet, non cenſetur quis id animo perdendi ſui juris feciſſe. 78.n.46

Præſertim ubi grande aliquod damnum vertitur. 78.n.47

Renunciatio ex tacitu ritate non inducitur, ſed requiritur conſenſus expreſſus. 78.n.53

Renunciatio generalis non ſufficit, ſi pluribus renunciandum ſit beneficiis, juriſque remediis. 20.n.116

Renunciatio iſta colligitur ex eo, ſi maritus id, quod lucrari debebat, reſtituere promiſit. 3.n.26

Renunciatio generalis non extenditur ad futura. 64.n.8

Renunciatio, ſive remiſſio juris ſui nunquam conjecturanda niſi ubi ea verbis ſpecificis exprimitur. 27.n.158

Renunciationis excludenda ergo, omnis præſumtio & conjectura, quæ alias capi poteſt, ſufficit. 20.n.109

Renunciationis natura eſt ut ultra perſonas expreſſas, & caſus ſpecificatos, non extendatur, nec quoad alios præjudicet, ſi cum uno facta fuerit. 20.n.122

Renunciationes verbis expreſſimis fieri oportet. 20.n.115

Renunciationes ſunt ſtricti juris, & ſtricte accipienda. 64.n.6

Renunciationes ſunt odioſa, & contra eas judicandum. 78.n.49. 20.n.29

Renunciatio ſemper & ubique animum & conſenſum renunciantis præſupponit. 78.n.50

Repetitio illa non tantum iure approbata, ſed & privilegio prioritatis, & retentionis munita eſt. 41.n.23

Reſciſſo principali, reſcinditur & id, quod ei annectitur. 115.n.62

Idque vel maxime eo caſu, ubi in principali & acceſſorio eadem militat ratio. 115.n.62

Reſcriptum Alexandri III ad Epiſcop. Papienſ. 6.n.24

Reſcripti impetratio non valet, lite pendente. 106.n.71

Reſcripta imperatoria duorum ſunt Generum pro diverſitate ſupplicantium. 106.n.64

Reſcripta privilegiaque in dubio ſecundum tenorem ſupplicationis intelligenda ſunt, maxime ſi conceſſio per expreſſum ad petita ſeſe referat. 59.n.93.106.n.81

Reſervatio dominij directi eſt ſpecialis differentia inter feudum, emphyteuſin & bona cenſitica. 74.n.18

Reſervatio cenſus ſimplicem arguit ſuperioritatem, non dominium, 74.n.22

Reſervatione jura excipiuntur illius, cui per immiſſionem præjudicari poterat. 16.n.14

Reſiduum debitorum tutor reſtituere tenetur ex officio & obligatione, quæ inter ipſum & pupillum vi muneris tutelaris exſtit. 44.n.35

Reſignatio alias appellatur ceſſio, ſive die Aufflaſſung/ 51.n.6

Reſpondetur ad contraria, quod pecunia ex feudo vendito acquiſita feudalis ſit, & ad ſucceſſores feudi pertineat, remiſſive. 71.n.59

Reſponſa prudentum, vt ſunt Beſcrminis Vrtheil/ *magnum habent præjudicium, ſi proferuntur ab illis, qui poſtea in prima vel ſecunda inſtantia futuri ſunt iudices.* 88.n.47

Reſponſio ad l. quoties. C. de donat. 3.n.150

Reſtitui nunquam poteſt minor, niſi læſio intervenerit. 35.n.22

Reſtitutio ante omnia fieri non debet, quoties notorius defectus proprietatis obſtat agenti, vel præſumtio juris aut im commune eſt contra illum, qui eſt ſpoliatus. 58.n.227

Reſtitutio conceſſa minori, prodeſt quoque majori in individuum. 53.n.15

Reſtitutio etiam tutoribus minorum indulgenda eſt. 53.n.4

Reſtitutio minori beneficio ætatis conceſſa majori non prodeſt, nec ei communicatur invito adverſario. 53.n.5

Reſtitutio fratri ex capite minorennis ætatis adverſus dotem exceſſivam ſorori datam non competit, niſi frater iſte propterea in grave damnum incideret. 57.n.24

Reſtitutio impeditur, quod fratres minores actum promiſſionis à reliquis factum approbarunt in eadem minori ætate. 37.n.231

Reſtitutio in integrum contra bona fide & juſto titulo ementem quomodo & quatenus detur. 76.n.3

Reſtitutio non datur, ſi minor cum damno alterius locupletetur, & in lucro verſetur. 37.n.15

Reſtitutio in integrum contrà bona patris ratione debiti non ſoluti iudicis iuſſu vendita, minori non datur. 76.n.7

Reſtitutio in integrum, quæ competit fratri, conceditur etiam alijs fratribus in communi viventibus. 12.n.3

Reſtitutio peti nequit, quando minor major factus actu aliquo ratum habuit. 37.n.64

Reſtitutio in integrum modicum tantum intereſſe alleganti non datur. 76.n.16

Reſtitutionis imploratione executio non ſuſpenditur, non tantum, quando adverſus ſententiam, vel rem iudicatam, petitur reſtitutio, ſed etiam quando petitur reſtitutio adverſus inſtrumentum. 37.n.176

Reſtitutionis concedendæ cauſa eſt, cæteris paribus, litis & ſumtuũ periculum. 37.n.20

Reſtitutionem in integrum adverſus tertium poſſeſſorem petens probare debet, rem jure dominij vel poſſeſſionis ad ſe pertinere. 76.n.15

Reſtrictio aliqua contra literam contractus non admittitur. 27.n.79

Retentio poſſeſſionis favorabilior eſt, quam eius acquiſitio. 61.n.59

Retentio favorabilior eſt, quam petitio ſive actio. 78.n.31

Retentio illa adeo favorabilis: vt etiam contra executionem ſententiæ concedatur. conſ.1.n.3

Retentio facilius conceditur, quam petitio ſive repetitio. 13.nu.16. 72.n.41

Retentio illiquidi datur, propter illiquidum, ut ſcilicet liquidetur. 17.n.54

Retentio quæ jure hypotheca nititur, magis privilegiata eſt, quam compenſatio. 17.n.55

Retentio eſt ſpecies quædam compenſationis. 17.n.28

Retentioni regulariter non eſt locus, niſi ubi lex illud expreſſit. 27.n.26.78.n.39

Retinere ſæpe quis poteſt id, quod poſſidet, quod alias agendo conſequi non poſſet. 13.n.17

Retineri poteſt id, quod peti alioqui nequit. 78.n.28

Reviſio tanquam peculiare remedium à ſupplicatione diſtinguitur. 77.n.150

Reviſio quando, quomodo, quouſque, & in quibus caſibus admittenda ſit. 77.n.151

Reviſionis definitio tradita remiſſive. 77.n.147

Revocatio noviſſima attenditur, licet per ſcripturam non probetur, modo alijs rationibus doceri poſſit. 36.n.77

Revocatoria feudi fruſtra experitur, qui ex legitima cauſa, jus ſimultaneæ amiſit. 23.n.29

Ius ſemel conſopitum difficulter reviviſcit. 23.n.30

Reus audiatur cum ſuâ exceptione, quam in continenti probatam habet, ut potius ſic iura ſua ſerventur intacta, quam poſt vulneratam & afflictam executione cauſſam novo remedio locum facere cogatur. 95.n.21

Reus iurare nolens de confecto inventario, in ſuſpicionem expilatæ hereditatis, iure incurrit. 97.n.36

Reus læſæ maieſtatis, de jure civili non capitur, niſi legitimis præcedentibus indicijs. 86.n.18

Reus & actor, parem culpam & delictum, circa idem compenſant, & mutua compenſatione tollunt. 34.n.10

Reus de poſſeſſione ſua non ejiciendus, priuſquam lis finiatur. 98.nu.16

Reus ob delictum, ex quo pœna corporis non infligitur, carceribus, aut arreſto non mancipatur. 86.n.20

Reus excipiendo fit actor atque exceptionem ſuam probare tenetur. 58.n.66

Rex, vel Princeps mandans, confirmans, vel concedens aliquid contra id, quod ipſe obſervare tenetur, præſumitur circumventus: & ideo talis confirmatio non valet. 116.n.42

Rex vel dominus, non ſit deterioris conditionis, quam ſubditus vel vaſallus. 116.n.58

Ripæ & earum vſus eſt publicus, ſicut fluminum & maris. 106.n.53

Rogatio teſtium extrinſeca, ſcriptura autem intrinſeca ſcripti teſtamenti ſolemnitas eſt. 20.n.6

Romanum imperium nullum feudum in Archiducatu Auſtriaco obtinet, niſi in ſpecie id ab Archiducibus Auſtriacis recognoſcat. 118.n.15

S

SAcra Scriptura Reges nutricios, & reginas nutrices Eccleſiæ pronunciat. 85.n.6
Salutare appellationis beneficium iura gravato concedunt, uti & querelam nullitatis. 95.n.1
Sanctio pragmatica, quoad ordinandum proceſſum, præciſe ad unguem venit obſervanda. 93.n.2
Satisdationem etiam in mere executivis præſtari oportet. 78.n. 107
Schedula ſive ſcriptura privata teſtatoris declarat ejus voluntatē. 15 n.62
Schedula privata continens diſpoſitionem patris inter liberos, ſine teſtibus, probat voluntatem patris inter liberos & ſuſtinetur. 15 n 45
Schedula reperta in ciſtula patris, continens diviſionem bonorum inter filios, fidem facit, ſi manu patris ſit ſcripta, vel ab eodem ſubſcripta. 15 n.46
Scheda in arca patris reperta diſpoſitionem inter liberos continens, vim ſuam obtinet, quamvis alioquin nec lecta, nec publicata ſit. 15.n.112
Quod ita ſe habet, quando à liberis ſcriptura patris agnoſcitur. 15.n.113. Vel quando adeſt liberorum confeſſio. 15.n.114
Scriptura privata, contra ſcribentem, ſine ſubſcriptione teſtium, plenè probat. 17.n.38
Scriptura privata, non ſolum contra ſcribentem probat, ſed & contra omnes habentes cauſam ab eo. 17.n.39
Scriptura privata, quæ dependet à contractu antecedenti valido & legitime probato, plenam probationem facere ſolet. 1.nu.190.3.n.190
Scriptura ſive voluntas patris, ſive etiam diſpoſitio & iudicium quodcunque duobus ad minimum teſtibus probari debet. 15.n 116
Scriptura privata ex defectu ſolemnitatis fruſtra impugnatur. 1.n. 188.3.n.188
Scriptura privata contra tertium nihil probat. 79.n.4
Scriptura quod non docet, nec nobis dicendum. 7.n.29
Scriptura privata habetur pro imperfecta. 5.n.13
Scriptura patris ſi abnegetur, duobus teſtibus probanda eſt. 15.n.115
Scriptura per patrem ſcripta creditur, licet lecta vel publicata non fuerit. 15.n.47
Scripturis perfunctorijs & ſchedis, quantumvis ſcribens fuerit mercator, nulla planè adhibenda eſt fides. 17.n.14
Quando ſuper aliquo contractu non fuit confectum inſtrumentum ſubeſt ſuſpicio illum contractum non fuiſſe. 17.n.15
Scripturis perfunctoriis nulla habetur fides. 5.n.15
Scriptum ſive conſignatum aliquid eſſe à notario non ſufficit, niſi & in formam publicam redactum fuerit. 5.n.14
Secundæ nuptiæ fœminis permittendæ, ut à luxuria, & prohibita Venere ſibi temperent. 111.n.16
Pro affirmativa ſequuntur rationes & argumenta. 111.n.17
Non nuptiæ ſecundæ. ſed liberi exiſtentes prædictarum pœnarum cauſſa ſunt, nec tam ipſi, quam neglectus eorundem in animo matris ſecundum maritum nubentis exiſtens. 111.n.18
Deciſio in contrariū adducta, ex jure divino deſumta 111.n.19
Subſequentes cauſſæ, ob quas ſecundis nuptijs pœna imponitur. 111.n.20
Valerius Max. de nuptijs ſcribens, ait, multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe. 111.n.21
Dictum Plutarchi in problem. itemque exemplum Muſcovitarum de ſecundo matrimonio: cum annexa conſtitutione quadā, cujus meminit Harmenop. 111.n.22
Determinatio iuris canonici, quod eo de jure reiteratis nuptijs ſentiendum. 111.n.23
Refutatio dubitandæ rationis, ex natura fœminarum deſumta. 111.n.24
Ampliationes & limitationes hujus materiæ, cum ſimilis rationis identitate. 111.n.25
Menander, Nullum maius malum noverca, ait, & Horatij ſcitum de novercalı odio. 111.n.26
Charundas Sibaritis legem tulit, ut qui liberis novercam ſuperinduxiſſet, à conſilio Senatus & patria ſubmoveretur. 111.n.27
Secunda ampliatio, ubi hujus l. 3. C. de ſec. nupt. diſpoſitio ſimiliter in avo & avia obtinet. 111.n.28
Tertia ampliatio de ſecundis & ſequentibus nuptijs. 111.n.31
Quarta ampliatio annectitur. 111 n.32
Quid brevi manu donatum cenſetur. 111.n. 33
Quinta ampliatio, reliquis ſubiecta. 111.n.34
Mulier per ſecundas nuptias uſumfructum, ſub viduitatis conditione relictum amittit. 111.n.35
Sexta & Septima ampliatio: adiuncta limitatione prima. 111.n.36
Limitationis ſecundæ & tertiæ ſubiectio. 111.n.40. Huius quæſtionis mens & ſententia Iuſtinianı concluſive. ibid.n.41
Secundæ nuptiæ iure divino non ſunt prohibitæ. 111.n.1
Secundum naturam eſt, commoda cujuſque rei, ſequi eum, qui onera ſive incommoda ſuſtinet. 58.n.119
Secundum inveſtituram primam reliquæ interpretantur. 23.n.51
Quod procedit, etſi poſteriores à primæva diſcrepent, vel contrarium diſponant. 23.n.52
Semiplena probatio ſufficit, & in ſupplementum mulieri probanti iuramentum defertur, ſe dediſſe dotem. 80.n.21
Semper facienda interpretatio, ut actus valeat potius, quam pereat. 3.n.94
Semper in ſtipulationibus & contractibus id ſequimur, quod actum eſt, aut quod uſus approbavit. 101,n.11
Semper præſumitur in meliorem partem. 17.n.31
Semper facienda eſt interpretatio, ut evitetur præſumtio remiſſionis. 1.n.28
Semper attendendum venit, quod eſt principalius. 39.n.71
Semper in dubio intelligitur donatio inter vivos eſſe facta. 45.n.26
Sententia nihil aliud eſt, quam declaratio iuris ex partium propoſitionibus. 16.n.20
Sententia ferenda pro eo, qui poſſeſſionem ſuam, melioribus rationibus confirmavit. 58.n 221
Sententia, quæ decernitur, mulierem ratione dotis & dotalitij, alijs creditoribus præferri, in bonis mariti. 41.n.62
Sententia, quæ in rem iudicatam tranſijt, pro veritate habetur. 39 nu. 10
Sententia lata, reſque judicata, etiam Imperatori præiudicat. 106. n. 55
Sententia, in poſſeſſorio, qualis eſſe debeat. 58.n.104
Sententia, in rem iudicatam tranſiens, jus facit inter partes. 39.n. 46
Sententia pro actore non ferenda, ſi probet titulum iuniorem, aut quocunque alio modo inferiorem titulo, quem pro ſe, & poſſeſſione ſua, habet reus. 58.n.228
Sententia lata contra ſubditum alicujus, vel ejus vaſallum domino ſcienti nocet, non tantum quoad poſſeſſionem, verum etiam quoad proprietatem. 106.n.57
Sententia æqualitati inter liberos conſervandæ favens, in dubio tenenda eſt. 37.n.207
Separatorum, ratio quoque ſeparata ſtatuitur. 75.n. 28.82.n.32 58.n.177
Sepeliens in alieno, ſine conſenſu Rectoris iſtius Eccleſiæ iniuriarum tenetur. 58.n.132
Sepulchra hereditaria ſunt, quæ quis peculiariter ſibi, heredibusque ſuis conſtituit: vel, quæ paterfamilias, iure hereditario acquiſivit. 58.n.244
Sepulchra per alium non debent aperiri: nec alius in ijs eſt ſepeliendus domino invito. 58.n.131.246
Sepulchra vel ſunt hereditaria, vel familiaria. 58.n. 240
Sepulchrum ab avo conſtitutum pro hereditario ſive familiari habetur maxime in dubio, quando ex ordinatione defuncti, vel ex inſcriptione ſepulchri nihil apparet. 58.n.251
Sepulchrum venditum non dicitur, vendito eo, quod eſt intra certos fines. 58.n 46
Sepultura non omnis fit iure, ſed & quædam non iure, id eſt, permiſſione, ſine juris neceſſitate. 58.n.162
Sepulturam ſibi quis eligere poteſt, etiam in loco, ubi alteri jus pa-

tronatus competit. 57.n.9.58.n.29
Sepeliri quis debet in ſua parochiali, vel in ea potius Eccleſia, in qua, maiorum ipſius, ab antiquo ſepultura extitit. 58.n.14
Sepeliri quis poteſt in aliquo loco ex conceſſione gratioſa. 58.nu. 158
Septem teſtes præter notarium in teſtamento requiruntur. 21.n.58. Maxime verò in teſtamento cæci. 21.n.59
Idem eſt in teſtamento ejus, qui ex morbi acerbitate vel literarum imperitia teſtamentum ſcribere nequit. 21.n.60
Sequentia determinant præcedentia, quando hæc ſunt obſcura & generalia, illa vero determinata. 64.n.64
Sequeſtratio, quæ odioſum remedium dicitur, pendente lite fieri prohibetur. 98.n.15
Sermo generalis & indefinitus non trahitur ad futura, quando reſultaret inde præjudicium aliquod. 27.n.179.84.n.64
Servitia domino debita, ob defectum ſumtuum, vaſallus difficulter præſtat. 72.n.38
Servitia ſunt de natura feudi. 84.n.20
Servitia ex natura feudi debentur, licet in feudi conceſſione ſive inveſtitura nulla eorum facta fuerit mentio. 84.n.21.64
Servitia ad eſſentiam feudi neceſſaria non ſunt. 84.n.12
Servitia ſecundum feudi naturam, videlicet ex debito, & non precario facta eſſe intelliguntur. 84.n.44
Servitia feudalia dici nequeunt, niſi & res ſit feudalis. 74.n.15
Servitia præſtantur in compenſationem feudi & redituum inde percipiendorum: ac in recognitionem dominij directi penes inveſtientem remanentis. 84.n.27
Servitia illa debentur, quæ cæteri ejuſdem conditionis & regionis vaſalli præſtare ſolent. 84.n.24
Servitia & onera realia etiam ex allodialibus hodie debentur. 74. nu.31
Servitus prædialis promitti vel conſtitui poteſt ei, qui nondum habet fundum vicinum. 27.n.86
Servitus libertati contraria, & præjudicij maximi. 27.n.142
Servitus fundum ſemper & perpetuo comitatur. 27.n.143
Servitus nunquam impoſita cenſetur, niſi probetur, aut verba conceſſionis idipſum clare importent. 27.n.144
Servitus prædialis, non niſi ab prædio ipſi quæſita, ſubſiſtere poteſt. 27.n.88
Servitus eſt odioſa, & contra ius naturale. 27.n.104.58.n.105
Servitus dominanti fundo ſemel acquiſita, ſemper eadem, cum fundo remanet nec variatur. 27.n.166
Servitus, velut umbra corpus, fundum perpetuo ſequitur: & ad illos tantum devolvitur, qui ratione iuris contractus, & primæ obligationis extiterunt. 27.n.167
Servitus regulariter non præſumitur. 58.n.105
Servitus acquiri poteſt futuro quoque ædificio. 27.n.84
Servitutis conſtitutio, ſive productio actualis nihil aliud eſt quam ejus impoſitio in fundo ſerviente. 27.n.89
Et in prædio dominante acquiſitio. 27.n.90
Servitutis cauſa, titulus, adeoque forma eſt illa conſtitutio. 27. n.91
Servitium ex deputatione quaſi onus rei eſt. 84.n.62
Servitute ſimpliciter & indeterminate conceſſa, ejus terminus, ſive determinatio, ſumitur ab uſu ejus, cui quæſita eſt. 27.n.77
Servitute indeterminate conceſſa, uſus ſervitutis conſtituta dicitur. 27.n.78
Servitute, vel iure paſcendi, in fundo alieno, ſimpliciter conſtituto, omni pecore cuiuſcunque generis paſcolari licet. 27.n.82
Servitutes fundi conditionem deteriorem reddunt: eumque ſemper & perpetuo comitantur. 27.n.165
Servitutes habentur ſtricti iuris. 27.n.103
Servitiorū præſtatio eſt ex præcipuis feudorum effectibus. 84.n.60
Quod adeo verum ut etiam ſuperiorem non recognoſcens, ab inferiore feudum poſſidens ille ſervire cogatur, ſaltem per ſubſtitutum. 84.n.61
Servitiorum obligatio perſonæ vaſalli inhæret, ut etiam executione & immiſſione in feudum facta, ipſemet ea præſtare debeat, non creditor, qui immiſſionem impetravit. 84.n.25
Quod ad pignus conventionale quoque extenditur. 84.n.26
Sex neceſſaria requiſita, ut litis pendentia per citationem inducatur. 105.n.27
Sexus in homine quatenus à Iureconſulto conſideretur. 110.n.3. Vſus hujus diſſertationis primarius, cum quæritur, homo unde nominetur, indicatur. ib. n. 4. Secundus uſus ad probandum, quod fœmina Iureconſulto propriè ſit homo. ibid.n.6
Sexus maſculinus, ſi eſt honoratior fœminino: magis etiam honoratior eſſe in ſucceſſione debet. 115.n.96
Significatio ea præferri debet, quæ plenior & uberior eſt. 26.n.6
Si ea neceſſitas non exigit, patria tamen non remittit. 84.n.35
Si legatum alij, legato univerſali non continetur, utique à contrario continebitur id, quod alij legatum non eſt. 9.n.24
Si ex privilegio onus ab initio impoſitum procedente tempore iniquitatem continet, officio iudicis eſt ſuccurrendum. 117.n.29
Si teſtator leget centum filiæ, cum nupſerit, certum eſt, quod pro dote intelligatur dediſſe. 36.n.64
Si iuravi te defendere contra omnem perſonam: vel fieri procuratorem contra omnem perſonam, non venit univerſitas vel Reſpublica: quia fit interpretatio ſtricta, abſque iuris fictione. 116. n.45
Si pares ab utraque parte ſint probationes, præferenda eſt illa, quæ pro dote militat. 80.n.19
Si ſoli Principis aſſertioni in condemnando ſtandum, quid conſequens. 109.n.30
Si quis uno, vel altero tantum actu uſus ſit, illi & duntaxat acquiſiti ſunt reliquorum exercitio apud eum manente, contra quem præſcriptum eſt. 2.n.17
Si æs alienum urget, etiam prædia minorum, quæ ſub tutela vel curâ ſunt, diſtrahere conceſſum. 85.n.22
Si quid ſub conditione factum, ante omnia conditionem impleri oportet, ut actus ſuſtineatur. 25.n.29
Si fratres renunciant fideicommiſſo communi, & unus illorum eſt minor tum ejus reſtitutio prodeſt etiam reliquis. 53.n.10
Si duo ſint fratres, inveſtituram petere negligentes, & unus ſit maior, alter minor, ille inſimul hujus reſtitutione fruitur. 53.n.11
Si filius poſt mortem uxoris, vel ſub aliqua conditione, heres fuerit inſtitutus, eo caſu, mater non eſt alimentaria, ſed uſufructuaria verè, & ad integrum & formalem uſumfructum merito admittitur. 75.n.23
Si teſtator in ſcriptis teſtamentum facere cœperit, & in ſcriptis teſtamentum involverit, morte autem præventus, illud non abſolverit, quoad ſolennitates teſtamentum iſtud nihilominus ſuſtinetur, & legata ex eo debentur. 15.n.59
Si princeps de delicto alicuius aſſerat, deque eo ſibi ex viſu conſtare dicat, an hoc ad condemnationem rei ſufficiat? remiſſive. 109. n.26
Si teſtator leget centum filiæ, cum nupſerit, intelligitur dediſſe pro dote. 37.n.38
Si res certa lege tradita ſit, eique non pareatur, præſcriptis verbis actio ex auctoritate juris competit. 107.n.16
Si vero res ad ſecuritatem crediti pignerata, non ad vendendum ſit data à debitore Creditori, ad ſimilitudinem actionis præſcriptis verbis in factum ex æquitate agitur. 107.n.17
Si actus, vitio materiæ non valet, ut agitur, nec alio modo valere poteſt. 71.n.19
Si ex inſtrumento novationem factam non eſſe appareat, tunc ad triginta annos venditor ad reſidui pretij ſolutionem, vel rei reſtitutionem etiam realiter agere poteſt. 107.n.38
Si quis probaverit, non occidendi animo hominem à ſe percuſſum, remiſſa homicidij pœnâ mitius puniendus venit. 103.n.4
Si teſtator vocat agnatum ſuum proximiorem incertum, ex tempore conditionis eventus, quo hereditas defertur, certificatio pendet. 82.n.5
Si arreſtum indebite, & aliter, quam oportet, factum ſit, omnia prorſus corruunt, & ipſo iure nulla ſunt. 25.n.42
Si homicidium non fiat deliberato animo, & ex propoſito, ſed ex improviſo, in rixa, tunc pœna ordinaria l. Cornel. de ſicar. locus non eſt. 94.n.3
Si quis deceſſerit, non electa ſepultura ſepeliri debet in ſepulcro majorum ſuorum, etſi jus patronatus non habeat. 57.n.10.58.n.15
Si una linea extincta, feudum reliquis deferatur, omnes æqualiter ſuccedunt, nulla gradus prærogativa obſervata: ut quidam docent ſed

cent: ſed iuri conſentaneum non eſt. 67.n.53

Si ex conſuetudine, vel ſtatuto loci, maritus lucretur dotem, poſt mortem conjugis, exiſtentibus liberis, in dubio detrahenda prius eſt legitima liberorum. 41.n.26

Si quis aliter verſetur, in re aliena, quam in re propria, in dolo eſt. 34.n.17

Sibi imputet, qui legem contractus non dixit apertius. 59.n.49

Sicut pater & mater, fratres defuncti excludunt: ita etiam avia, avus & proavus præferuntur fratribusque vtrinque defuncto conjunctis. 21.n.20

Sicut defunctus ſe obligavit tanquam fidejuſſor, ita erunt obligati & heredes. 104.n.5

Sicut condere & interpretari legem: ita & interpretatio privilegij, & beneficij, ſolius eſt Principis. 116.n.57

Similes caſus, ſimili iure decidi debent. 6.n.16

Similium eadem eſt ratio, idemque judicium. 6.n.17.82.n.87

Simulatè conceptum nihil operatur, & perinde eſt, ac ſi dictum, ſcriptum, vel appoſitum non eſſet. 78.n.77.78

Simulatum inſtrumentum, & qualibet clauſula, occulte adſcripta, eſt quaſi corpus ſine anima & ſpiritu. 78.n.80

Simulatum inſtrumentum caret viribus, nec meretur nomen inſtrumenti. 78.n.81

Simulatus contractus, cum ex capite multiplicis nullitatis, tum ratione læſionis ultra dimidium merito reyciendus. 89.n.8

Simultanea inveſtitura, ſive ius ſimultanea inveſtitura ex yſdem cauſis, ex quibus vaſallus feudo privatur, amittitur. 100.n.50

Simultanea inveſtitura moribus Saxonum introducta eſt. 32.n.32

Simultanea, quoad inveſtitos, contractui ſocietatis comparatur. 72.n.28

Simultanea Inveſtitura magis ſuſtinetur conſuetudine, quam jure. 23.n.20

Simultanea, ſimile, æquale, & idem jus, omnibus ſimultaneè inveſtitis largitur, non tantum iure Saxonico: ſed etiam iure communi feudali. 72.n.29

Simultanea fratrum inveſtitura, longa conſuetudine vſurpantium ex mutuo paciſcentium conſenſu initium aſciſcens, iuris vigorem aſſumit. 100.n.28

Simultanea Inveſtitura eſt contractus, & revocari non poteſt, niſi cum conſenſu inveſtitorum. 23.n.3

Simultanea per omnia eandem vim habet, quam jus feudi antiqui. 23.n.4

Simultanea eſt pactum de ſucceſſione: & requirit conſenſum poſſeſſoris. 23.n.13

Simultanea inveſtitura ſimultaneè inveſtitis jus ſuccedendi tribuit. 118.n.2

Societas ſine conſenſu domini effici nequit, vt mulier ex feudo dotem repetat, maxime ſi ſucceſſor feudi non ſimul defuncto ſit heres. 39.n.28

Sine lege loqui erubeſcimus. 81.n.48.82.n.30

Sine actione experiri non conceditur. 25.n.48

Societas omnium bonorum, non ſolum expreſſe verbis contrahi poteſt: ſed etiam tacite, per actus ſociales, conſenſum ſocietatis illum indicantes. 64.n.15

Societas eſt quædam fraternitas, in qua non ſemper ſecundum apices juris: ſed ex æquo & bono proceditur. 64.n.34

Societatis emolumentum tranſit in heredes ſocij defuncti. 64.n.35

Societas tacite quoque contrahitur, vel omnium, vel alicujus univerſitatis bonorum. 64.n.36

Societas omnium bonorum, ex hoc ſolo inter fratres contracta præſumitur, ſi poſt mortem patris, diutius ſimul in bonis indiviſis cohabitarint, lucra inter ſe communicarint, & rationes invicem non reddiderint. 64.n.37

Societas largo modo dicitur, in qualibet re communi. 64.n.38

Societas prima eſt, quæ oritur inter fratres, viventes in vna & eadem domo, ad unum panem, & vinum, & lucra communicantes, ſine inventario & rationibus. 64.n.39

Societatis fraternæ effectus eſt, ut, quæ ſunt in ſociorum dominio, invicem fiant communia, abſque alia traditione. 64.n.40

Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt. 84.n.57

Solennia teſtamentorum, etiam in teſtamento inter liberos, adeo ſunt neceſſaria, ut eorum defectus illud vitiet. 63.n.17

Solennitas extrinſeca non præſumitur, ſed negata, probari debet, ſaltem per duos teſtes. 70.n.94

Solennitas conſuetudinaria, reliquis concurrentibus, ſufficiens eſt, cum curia intelligat iura. 70.n.6

Solennitatum ratio non patitur, ut alienus actus intercedat in teſtamento. 18.n.45

Solennitatibus requiſitis omiſſis, defectus voluntatis & probationis exiſtit, unde tale teſtamentum ſimulationis & fraudis arguitur. 63.n.18

Solennitatibus arreſti deficientibus, arreſtum pronunciatur nullum. 25.n.25

Solenni teſtamento condito, de alia voluntate, niſi eadem ſolennitate fuerit concepta, & prior revocata, non eſt curandū. 57.n.143

Solidorum computatio quomodo fieri debeat. 3.n.136

Solutio vera & interpretativa æquiparatur. 95.n.14

Solutio probatur præſumtionibus & conjecturis. 49.n.26

Solutio, cum facti ſit, regulariter probanda. 49.n.22

Solutio eo valore facienda, qui lege publica conſtitutus eſt: neque hic valor ad variationem Cambiorum, vel ſimili aliqua autoritate privata mutatur. 114.n.31

Solutio ad eandem ſummam, non ad eundem numerum facienda, quando nominatim aſſignatur, quantum quiſque nummum valeat. 114.n.20

Solutio facienda ſecundum valorem, qui fuit tempore contractus. 114.n.9

Niſi aliud inter contrahentes expreſſè actum ſit. 114.n.10

Solutionis cōjectura oritur, ex nimia dilatione exactionis. 49.n.20

Soluto eo quod debetur, liberatur debitor, & n. ſeq. ſub ſi. 112.n.3

Soluto iure concedentis, ſolvitur etiam ius accipientis. 84.n.36

Solvendo etiam is eſſe dicitur, qui habet nomina debitorum ſaltem exigibilia. 95.n.15

Soror, de ſucceſſione fratris, præ filiabus ejuſdem diſputans, videtur illius mortem captare velle. 8.n.22

Sorori & fratri legitimo debetur hereditas. 46.n.4

Sororibus iam maritatis, quæſtioni de congruitate dotis, amplius non eſt locus: neque habetur ratio majoris dotis conſtituendæ. 37.n.81

Specialis hypotheca, generali prius cedere non cogitur, niſi prius excuſſa generali, tantumque demonſtratum, hanc ad ſolvendum debitum non ſufficere. 96.n.2

Specialis hypotheca, ex intervallo adiecta, generali detrahit, & eam etiam perimit. 16.n.7

Spes ſuccedendi non dicitur eſſe in bonis ejus, qui ſucceſſurus eſt. 19.n.74

Spes ſucceſſionis, in hereditate conſanguinei, improbabilis eſt. 14.n.17

Spes illa in iure, prematura appellatur. ibid.n.18

Spiritualis, beneficialis & Iuriſdictionalis cauſa poſſeſſoria, cauſam proprietatis ſibi habent annexam. 58.n.212

Spoliatus ante omnia non reſtituitur, quando de exceptione dominij ex actis conſtat, nec contra eam Actor proteſtatus fuerit. 58.n.237

Sponſa & uxor, deſponſati & conjuges, idem non ſunt. 6.n.10

Sponſalia ſunt matrimonium initiatum: nuptiæ vero conſummatum. 6.n.12

Sponſalia ſunt mentio, & repromiſſio futurarum nuptiarū. 6.n.11

Stante clauſula, de liberè alienādo, vaſallus diſponere poteſt, in præjudicium agnatorum, in quaſcunque perſonas. 39.n.70

Stante nullitate diſpoſitionis, vel conventionis, pœna exigi nequit. 15.n.218

Stante ſtatuto hoc vel pacto, vt vir lucretur dimidiam dotem extantibus liberis, detrahi prius debet legitima, & reliquum æqualiter dividi. 41.n.44

Statur literis iudicis, atteſtantis aliquid de iis, quæ ad officium ſuū pertinere videntur. 109.n.14

Statuta, etiamſi generaliter loquantur: ſi tamen ſint iuris communis correctoria, & exorbitantia, non generaliter, ſed ſtrictiſſime intelligi oportet. 19.n.104

Digitized by Google

Statuta exorbitantia ita interpretari debent, vt minus, quam fieri poſſit, corrigant ius commune. 19.n.105

Statuta etiam, ex obſervantia, recipiunt declarationem. 27.n.32.
Interpretatio, ab obſervantia ducta, retinetur, ſi tantum aliquando ita obſervatum fuiſſe appareat. 27.n.33

Statuta locorum, perinde ut jus ſcriptum ſervanda ſunt. 89.n.3

Statuta, quantumvis generalia, reſtringenda ſunt, propter æquitatem. 19.n.108

Statuta ita interpretanda, ne contineant iniquitatem. 19.n.111

Statuta non ligant ignorantes, nec illorum ignorantia nocet. 82.nu.76

Statutum & conſuetudo valet, ſi iuſta quadam ſubeſt cauſſa, ob quam ſtatuto vel conſuetudine liberi à ſucceſſione excluduntur. 115.n.69

Statutum excluſivum fœminarum, contra ius commune eſt, & naturalem æquitatem: cenſendumque iniquum ac odioſum. 15.n.212

Statutum verbis univerſalibus & prægnantibus removens appellationem omnem recurſum ad ſuperiorem excludit. 77.n 78

Statutum, vtcunque generale, debet reſtringi & limitari, non ſolum ob cauſam & rationem expreſſam, ſed etiam præſumptam, & coniecturatam. 19.n.107

Statutum generalibus, univerſalibus & geminatis verbis conceptũ, generaliter ac ita intelligi debet, vt omnia comprehendat, nihilque intactum relinquat. 100.n.41

Statutum & conſuetudo paribus paſſibus ambulant. 19.n.95

Statutum prohibens venire contra ſententiam aliquo modo, reſtitutionem, & omnia alia remedia excludit. 77.n.66

Statutum valet, quo, uxore præmoriente, maritus lucratur totam dotem, in præiudicium liberorum primi matrimonij, etiam quoad legitimam. 41.n.19

Statutum loci quo cavetur, ut niſi intra certum tempus creditor petierit debitum, deinceps excludatur, venditori non præiudicat: cum per hoc mala fides debitoris non tollatur. 107.n.46

Statutum, vel conſuetudo, vt ſuperſtes ex coniugibus lucretur omnia prædefuncti mobilia, adeo favore matrimonij ſuſtinetur, vt etiam liberos, & ita multo magis parentes, à petitione legitima excludat. 19 n.113

Statuto diſponente, quod mulier abſque conſenſu propinquorum contrahere nequeat: ſi tamen is contractus vtilis eſſet mulieri, etiam abſque illorum conſenſu valeret. 3 n.117

Statuto fœminas dotatas excludente, teſtator, facta diſpoſitione ſpeciali, præſumitur voluiſſe id, quod vult ſtatutum. 36.n 6

Statuto ſuper lucro dotis non includitur legitima. 41.n.18

Statutorum verba omnia ſui natura ſtrictè interpretanda, ita, vt quam minimum à civili, nedum naturali iure recedant. 41.n.49

Stipulatio alteri facta quo caſu ſubſiſtat. 1.nu.184.3.n.184
In donatione favore libertatis, tertio quæritur actio ex illa ſtipulatione. 1.n.185

Stipulationes ſtricti iuris ſunt, & ſtricte veniunt intelligendæ. 19.nu.2
Quod illis adiunctum eſt eſſentiale, atque ita proprium & inhærens. 19.n.3

Sub- & obreptio committitur, quando quis vel narrat falſa vel ſupprimit vera. 105.n.37

Sub verbis univerſalibus & prægnantibus, etiam ſupplicatio, & alia remedia comprehenduntur. 77.n.90

Sub vulgari ſubſtitutione continentur omnes, per quos inſtitutus heres non fit. 115.n.150

Sub conceſſione generali, comprehenduntur etiam incognita: cum promittentes aliquid verbis generalibus intelligantur, ſaltem in genere cogitaſſe de omnibus. 59.n.96

Sub tutela, aut cura viventes, nullum actum perfectum, ſine curatorum autoritate, gerere poſſunt. 45.n.15

Subditus à Domino caſtri, ad edendum titulum poſſeſſionis ſuæ quam in caſtro habet, cogi nequit. 43.n.12

Subhaſtatio confirmat dominium emtori, contra omnes alios, qui aliquid juris in re ſubhaſtata prætendunt. 1.n.57

Subhaſtationis cauſe, & effectus. 1.n.54

Subhaſtatio omnem evictionem & actionem excludit. 1.n.56

Subinfeudans hoc ipſo, quod ſubinfeudat, vtili dominio ſe abdicat, idque in ſubinfeudatum omnino transfert, ex quo ſubvaſallus dominium quoddam vtile ſubalternatum adipiſci dicitur. 118.n.13. Attamen ratione caducitatis penes ſubinfeudantem civile dominium permanet. n.14.ibid.

Sublata re, tanquam cauſa, & ſubiecto arreſti, ipſum adiunctum, ſive arreſti vinculum collitur & relaxatur. 61.n.43

Subreptionis exceptio ex eo infirmatur, ſi ex certa ſcientia, & cauſſa cognita confirmetur. 108.n.26

Subſcriptio ſine ſigillo meretur fidem & probat, at pro tali inſtrumento in dubio iudicatur. 92.n.21

Subſequentia oſtendunt, quis in præcedentibus fuerit animus. 5.nu.16

Subſtantialia feudi non in ſervitijs, ſed fidelitate potiſſimum conſiſtunt. 84.n.13

Subſtantialibus alicujus contractus remotis, removetur contractus ipſe. 13.n.25

Subſtitutio eſt moribus introducta, favore heredum: Ergo & moribus emendari poteſt. 115.n.157

Subſtitutio eſt ſpecies inſtitutionis. 115.n.147

Subſtitutio licet ſit tacita, vel in caducam reſolvatur: teſtamentum nihilominus ab ea vires aſſumit & ſubſiſtit. 115.n.145

Subſtitutio & inſtitutio reciproca facta intelligitur, in eadem oratione. 64.n.88

Subſtitutio late interpretanda eſt, vt valeat, quatenus conjectura capi poteſt, id teſtatorem voluiſſe. 64 n.71

Subſtitutio reciproca mixta, cum compendioſa, etiam fideicommiſſariam continens: dicitur, quando teſtator dixit ſi quis eorum ſine liberis deceſſerit, alium ſubſtituo: 64.n.2

Subſtitutiones non inducuntur conjecturis: & in dubio fideicommiſſum non præſumitur. 64.n.3

Subſtitutio ſimplex, tacitaque pupillaris, pubertate eorum, quibus facta eſt, mox finitur & evaneſcit. 115.n.113
Niſi brevius tempus, quam quo impuberes anni terminantur, pater huic ſubſtitutioni præfixerit: quo caſu ante pubertatem etiam expirat. 115.n.114

Subſtitutio & fideicommiſſum non præſumitur, niſi extenſio fiat per iuris interpretationem. 64.n 69
Et niſi eadem ſit intentio voluntatis, licet aliqua ſit diverſitas in facto. 64.n.70

Subſtitutionem allegans, & in ea ſe fundans, probare eam tenetur, [illegible] ſemper dici poſſit, ſubſtitutio non loquitur hoc caſu. 8.n.30 115.n.105

Subſtitutiones ita ſtrictè accipiuntur, vt de vna perſona ad aliam non extendantur. 115.n.121: Et de uno caſu ad alium extendi non debent. 8.n.28

Subtilitas, veluti pernitioſa, deteſtanda eſt, per quam teſtamenta condita ab his, qui jus condendi habent, ſubverterentur. 70.n.73.115.n.29

Succedens, in jus dominiumque alterius, vti debet iure ipſius. 5.n.69
Ratio eſt, ne ſit melioris conditionis, quam defunctus, à quo cauſam habet. 5.n 70.83.n 25.84.n.3.58.n.133.134

Succedens non eſt deterioris conditionis, quam defunctus à quo cauſam habet. 8.n.43. Quod obtinet non ſolum in ſucceſſione vniverſali, ſed etiam ſingulari. 8.n.44. Imo & in ſucceſſore feudali. 8.n.45

Succedens in plures partes hereditatis nihilo plus, quoad ius ſuperandi conſequitur, quam ſuccedens in pauciores. 58.n.56

Succedens in ius, & dominium alterius jure ejus utitur. 84.n.5

Succeſſio iure Saxonico ſit ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci. 19.n.100

Succeſſio feudalis ſimilis eſt ei, quæ venit ab inteſtato, in hoc, vt proximis agnatis deferatur. 90.n.11

Succeſſio, ſive hereditas, pacto aut conventione inter vivos dari nequit. 3.n.145. Non ſolum quando de tota, ſed & de quota tantum hereditate actum eſt. 3.n.146

Succeſſionis reſervatio in pactis dotalibus, favore agnatorum & liberorum facta omnino valet. 64.n.82

Succeſſor feudi, etiam ubi pactum, de pretio ad feudi emtionem, de ſtimato certum eſt, intereſſe docere tenetur. & illud plerumque ad minimum reducitur. 71.n.18

Succeſſor

Succeſſor regis pro vna & eadem perſona, cum prædeceſſoribus fictione juris habetur. 59.n.10
Succeſſor nequit interpretari privilegium prædeceſſoris ſui, pro libitu & arbitrio. 59.n.11
Succeſſor concedentis revocandi privilegij poteſtatem non habet ijs caſibus, quibus concedenti privilegium ſuum revocare non permittitur. 27.n.21
Neque concedens, neque ſucceſſor ejus, talem privilegij interpretationem facere poteſt per quam illud perimeretur. 27.n.22
Succeſſor feudi tenetur ex quaſi contractu negotiorum geſtorum, 39.n.89
Quod non in univerſali ſolum, ſed ſingulari etiam ſucceſſore obtinet. 83.n.26. Immo & in ſucceſſore feudali. ibid. n.27
Succeſſor regulariter eſt ejus conditionis, cujus fuit auctor. 110. nu.21
Succeſſori factum anteceſſoris impugnare, conceſſum non eſt. 59. nu.64.65.27.n.71
Succeſſorum proprium eſt, imitari veſtigia prædeceſſorum ſuorum 8.n.46.83.n.28
Sufficit, quod ſimilitudo ſit in eo, ad quod fit comparatio, vel de quo agitur principaliter, licet in tota ipſa re ſimilitudo non fuerit. 82.n.88
Sufficit, ſi quis utiliter, quantum potuit, negotium geſſit, etſi effectum non habuerit. 33.n.24
Sufficit, ſi aſſertioni meritorum quædam veriſimiles conjectura accedant. 4.n.30
Sufficit revera debitum eſſe, cujus cauſa res aliqua retinetur, licet de quantitate debiti nondum ſpecifice conſtet. 17.n.56
Summus Princeps ex pactis, contractibus, & promiſſionibus ſuis obligatur, illa firmiter obſervare, ſive contraxerit cum ſubditis, ſive non. 27.n.58.59.116.n.17
Summus Princeps facere nequit, vt teſtamentum alterius non ſervetur. 5.n.33
Sumtus ſtudiorum cauſa pro filio erogati, non conferuntur jure novisſimo. 40.n.22
Sumtus in elocatione filiæ facti, non conferuntur. 40.n.20
Super poſſeſſorio prius ſententionandum, petitorio interim ſuſpenſo. 58.n.97
Superior ratione ſui intereſſe interveniens reliquos ambos repellit. 117.n.10
Supplicatio integra eſt, etiam ei, qui appellationi renunciavit. 77. n.8
Supplicatio non intelligitur prohibita, licet pacto removeatur appellatio. 77.n.9
Supplicatio ad eundem judicem, qui prius pronunciavit, fieri ſolet, & cauſa coram eodem denuo cognoſcenda eſt. 77.n.126
Supplicationi locus eſt, etiamſi ex qualitate cauſæ, appellatio ſit prohibita. 77.n.7
Supplicationis remedium, pro ſupplicatione generaliter ſumta, ſive recurſu ad ſuperiorem, uſurpatur. 77.n.108
Supplicationis ſpecies non ita accurate obſervantur. 77.n.109
Supplicari adverſus ſententiam poteſt, etſi in inſtrumento, ſive reſcripto, remota ſit appellatio. 77.n.6
Supplicationes à ſententijs latis dupliti modo exhibentur. 77.n.29
Surrogata actio ſapit naturam & qualitatem ejus, in cujus locum ſurrogatur. 19.n.5
Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati, & idem de illo, quod de hoc eſt judicandum. 71.n.4. & quomodo id intelligendum, remiſſive. 110.n.80.115.n 171. 23.nu.15. Etiamſi ſurrogatum in aliquo diſcrepet ab eo, in cujus locum eſt ſurrogatum. 23. nu.16
Symbolum Alphonſi, pro lege & grege, cum ſententia Themiſtoclis, Zaſij ac B. Gregorij aſſignatione. 85.n.16

T

Tacendo conſentit & probat, ac per contrarium remittit, quod ſibi competebat, præſertim, cum quod agebatur, contradicendo potuerit impedire. 1.n.50
Tacita hypotheca à lege conſtituta, per ſupervenientem expreſſi pignoris conſtitutionem non perimitur, ſed confirmatur. 81.n.16
Tacita inſtitutio viribus ſubſiſtit ſi modo ex verbis, quibus teſtator vſus eſt, bona conſequentia colligatur. 115.n.146
Tacite conſentire nemo intelligitur, quando de ſuo præjudicio agitur. 83.n.73
Tacitus domini & agnatorum conſenſus ſufficit, vt vaſalli diſpoſitio valeat. 23.n.92
Tacitus Creditoris conſenſus, ex præſentia & ſcientia alienationis reſultans non tollit pignus: neque eo ipſo ſibi præjudicat. 1.n.18
Tacitus populi conſenſus requiritur ad inducendam conſuetudinē. 88.n 31
Tacitus conſenſus non inducitur in his, quæ tendunt in alicujus præjudicium: ſed requiritur conſenſus verbis vel factis expreſſus. 1. n.20
Taciti & expreſſi eadem vis, idemque judicium. 1.n.75.83.n.7
Temerarius litigator in expenſas condemnatur: quod & de temerario arreſtante intelligendum. 86.n.23
Templariorum ordine olim in Germania extirpato, poſſeſſiones & prædia illorum ordini Ioannitarum, & fratribus Teutonicis adjudicata fuerunt. 85.n.8
Tempus ſubſtituendi pupillariter penes teſtatorem eſt, quod de reſtrictione tantum, non de prorogatione accipiendum. 115.n.115. Adeo, vt ſi major adjiciatur tempus pubertate, nihilominus ea exiſtente, finitur ſubſtitutio. 115.n.116
Tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. 49.n. 6.81.n.42
Etſi tempus per ſe, neque conſtituat, neque tollat obligationem: tamen lege, & pacto caveri poteſt, vt certo ac determinato tempore quid vel fiat, vel finiatur. 49.n.7
Tempus anni & menſis, intra quod renovatio Inveſtituræ petenda, non currit, niſi ſcienti, non autem ignoranti. 82.n.20
Tempus Inveſtituræ petendæ ſui natura eſt vtile, & ignoranti non incipit currere. 82.n.21
Tempus, quod contractum ſequitur, omniaque, quæ in eo eveniunt, non attenduntur. 27.n.136
Tempus intermedium, exactionem duntaxat reſpicit, petitionem vero vel ſolutionem minime impedit. 19.n.35
Quod in diem promiſſum eſt, incontinenti debetur, quamvis ſolutio in diem differatur. 19.n.36
Tempus obligationis limitandæ, & finiendæ cauſa adjectum, non operatur continuationem, contra mentem adjicientium. 49.n.3
Tempus prorogatum, non dicitur idem, quando de præjudicio tertij agitur. 49.n.4
Tempus immemoriale habet vim legis. 57.n.17
Tempus contractus, ſive obligationis, non tam dicitur id, quo contrahitur, quam quo ſolvi oportet. 81.n.43
Tempus immemoriale vim publici & ſolennis inſtrumenti habet. 27.n 38
Temporis immemorialis vis eſt, ut pariat titulum. 27.n.40
Tempore ducentorum annorum omnia jura præſcribuntur, ſi modo adſint cætera præſcriptionis requiſita. 83.n.8
Tempore ſolutionis præfinito elapſo, prorogatio termini fidejuſſores nexu obligationis liberat. 49.n.2
Temporum diverſitatis ratione, quis eſſe poteſt proximior tempore diſpoſitionis, alius tempore ſucceſſionis. 82.nu. 28. Quando in diſpoſitione de proximiore dicitur, filij præmortuorum non repræſentant patrem, ſed excluduntur ab illo, qui eos præcedit in gradu. 82 n.29
Tenor inveſtituræ, ne quidem à ſummo Principe, in præjudicium aliorum poteſt mutari. 23.n.59. Neque etiam poteſt ad alterius præjudicium feudi conditio alterari. 23 nu.60. Immo ne tum quidem, ſi jus alteri ſpe duntaxat competat. 23.n.61
Tenor inſtrumenti, etſi teſtibus probari poteſt, illorum depoſitio paratam tamen non habet executionem. 92.n.10
Tertius non auditur petendo executionem inſtrumenti: contra obligatum executivè: cum ſemper poſſit illi objici: tu non es nominatus in inſtrumento. 12.n.16
Teſtamentum non impletum, & nullum dicitur ſi teſtator, antequam teſtes rogati conveniant, & voluntatem ſcriptam, ſigillo & ſubſcriptione confirment, moriatur. 15 n.133
Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, ne quidem inter liberos ſuſtinetur. 15.n.134
Teſtamentum tale non ſuſtinetur: ne quidem quoad imperfectè diſpoſita ideoque etiam non valet inter liberos. 15.n.135

Digitized by Google

Teſtamentum non procedit, quoties iniquitas & nullitas ejus liquido apparet. 115.n.66
Teſtamenta non valent, ſi in illis condendis non ſit obſervata teſtandi forma, vel jure communi, vel peculiari ſtatuto & conſuetudine loci præſcripta. 115.n.67
Teſtamentum pro lege habetur. 15.n.9
Teſtamentum obtinet executionem paratam. 15.n.10
Teſtamenti tabulæ validæ & ſolennes præſumuntur. 15.n.11
Teſtamentum, per procuratorem actus inſinuari nequit, niſi in conſtitutione procuratoris, ſervata ſit ea ſolennitas, quæ in ultima voluntate requiritur. 70.n.78
Teſtamentum pro parte approbare, pro parte impugnare nemo poteſt: cum actus talis in totum acceptari, vel omitti debeat. 36.n.24
Teſtamentum approbans pro ſe, videtur etiam illud approbare contra ſe. 36.n.25
Teſtamentum paternum inter liberos conditum, non ſubſiſtit, niſi parens æqualitatem, & ſuas viciſſitudines, inter liberos diligenter obſervaverit. 15.n.199
Quod tamen maxime obtinet, ſi iſthæc inæqualitas alicujus ponderis & non leviuſcula fuerit. 15.n.200
Teſtamentum patris inter liberos requirit, ut illud à patre ſit ſcriptum, aut certe ſubſcriptum. 15.n.149
Item, ut ſignificet hanc ſuam eſſe voluntatem ultimam, quam ſcripſit & ſubſcripſit. 15.n.150
Item requiritur adjectio temporis, anni, menſis & dies in ſpecie, quando diſpoſitio illa patris facta fuerit. 15.n.151
Item ut liberis legitimam titulo inſtitutionis relinquat: alias enim, etiam aliis requiſitis accedentibus, tale teſtamentum inter liberos non ſubſiſteret. 15.n.152
Teſtamentum non dicitur quis condidiſſe: quod dixit, Volo teſtari, 15.n.122
Teſtamentum diligenter cuſtoditum in capſa teſtatoris, præſumitur ab eo approbatum, & ideo cuſtoditum, ut omnia in eo contenta obſervarentur. 37.n.140
Teſtamentum morte confirmatum, nulli humanæ poteſtati ſubjacet. 37.n.141
Teſtamentum paternum ratione voluntatis imperfectum, nec ut Codicillus, nec ut donatio cauſa mortis, nec ut fideicommiſſum, nec ut donatio inter vivos, tanto minus ut teſtamentum valet. 15.n.120
Teſtamentum impugnans, ſub prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius ſolennitatis, mortaliter peccat. 70.n.61
Teſtamentum coram duobus teſtibus factum, hodie generaliter valet, tam in foro civili, quam Eccleſiaſtico: tam in profanis, quam in piis cauſis. 70.n.62
Teſtamentum ex jure & æquitate Canonica ſuſtinetur, ubi per ſigna & conjecturas conſtat de voluntate teſtatoris. 70.n.63
Teſtamentum in dubio juxta jura ſtatutaria, & privilegia loci conditum cenſetur. 115.n.75
Quin etiam, quando ſtatuta, privilegia, vel conſuetudines corrigunt jus commune, quiſque teſtator voluntatem ſuam cum illis ſtatutis privilegiis & conſuetudine conformem eſſe voluiſſe præſumitur. 115.n.76
Teſtamentum non fit, neque revocatur nuda voluntate. 36.n.11
Teſtamento priori non revocato, præſumitur teſtatorem à voluntate priori recedere voluiſſe. 36.n.12
Teſtamentum jure factum dicitur, in quo ritè & rectè facta ſunt omnia: & è contrario. 21.n.4
Teſtamentum deficit, niſi teſtes rogentur, & ipſi ſubſcribant & obſignent. 21.n.5
Teſtamentum totum deficit, deficiente unâ ſolennitate. 21.n.7
Teſtamentum carens ſolennitate requiſita, incurrit in legis ordinationem, & eſt ipſo jure nullum. 18.n.56
Teſtamentum nuda voluntate non perficitur, excepto teſtamento militis. 15.n.146
Teſtamentum prius Teſtator firmum manere voluiſſe præſumitur, ſi longo tempore, poſt teſtamentum, nativitate poſthumi ruptũ, vixerit, & illud expreſſe non revocaverit. 36.n.15
Teſtamentum patris inter liberos, coram duobus teſtibus duntaxat factum, valet. 15.n.110. Quod obtinet non ſolum in teſtamento in ſcriptis, ſed & nuncupativo. 15.n.111
Teſtamentum militare, ex nuda teſtatoris voluntate ſubſiſtit. 7.n.89
Teſtamentum ſolenne, jampridem confectum, alia legitima diſpoſitione, in ſcriptis facta, mutari debet. 37.n.155
Teſtamentum producere non ſatis eſt, niſi & ſolennitates debitæ in illo adhibitæ, ac præciſe obſervatæ fuerint. 7.n.17
Teſtamentum ad acta in formalibus ſubſiſtere dicitur, ſi illud teſtator ipſe exhibeat, vel per alium offeratur. 70.n.5
Teſtamentum, ante militiam factum, jure militari valet, ſi id teſtator, miles poſtea factus, aperiat, aut ſimpliciter velle ſe teſtamentum illud valere declaret, 7.n.71
Teſtamentum ſecundum formalia ſua perfectum, & rite conditum eſſe debet. 18.n.46
Teſtamentum dicitur eſſe individuum. 70.n.84
Teſtamentum imperfectum eſt, neque valet, ſi teſtator ſcribat Schedam, ut ſit exemplum teſtamenti conficiendi, & morte præveniatur, antequam diſpoſitio illa executa fuerit. 15.n.123
Teſtamentum patris inter liberos valet, licet æqualitas obſervata non ſit, dummodo per iſtam inæqualitatem nullius legitima lædatur, 18.n.29
Teſtamentum apud acta, etiam nullis adhibitis teſtibus, valet. 70.n.18.23.n.133
Teſtamentum apud acta, judicatur idem cum eo, quod fit coram Principe, quod ſubſiſtit propter fidem publicam, etiam ſine teſtibus. 70.n.19
Teſtamentum ſuſtinetur, ubi per ſigna & conjecturas de voluntate teſtatoris conſtat. 15.n.17
Teſtamentum prius perfectum, ex poſteriori imperfecto, rectè interpretatur, quando argumentum ſumitur, ad ſuſtinendam teſtatoris voluntatem. 64.n.58
Teſtamenti verba ambigua etiam ex codicillis imperfectis rectè declarari poſſunt. 64.n.59
Teſtamentum morte teſtatoris confirmatum, nulli humanæ poteſtati ſubjaceat. 115.n.36
Teſtamentum, codicilli, ſive quæcunque aliæ voluntates ultimæ, ſcripturam, de ſui ſubſtantia, non deſiderant. 5.n.44
Teſtamentum patris inter liberos tanti eſt favoris ut valeat, quocunque modo valere poſſit. 18.n.2
Teſtamentum etiam nullum, inducit præſumtionem bonæ fidei. 70.n.69
Teſtam[illegible] legitime & ſolenniter factum eſſe probare cogitur, qui e[illegible] teſtamento vult ſuccedere. 15.n.106
Teſtamentum inter liberos ſolennibus ſuis conſtare debet. 15.n.148
Teſtamentum eſt nullum, ob inſtitutionis perplexitatem. 21.n.43
Teſtamenta ad inſtantiam & perſuaſionem alterius facta, de jure non ſubſiſtunt. 21.n.44
Teſtamentum eſt juris publici, quod pactis privatorum non alteratur. 15.n.158
Teſtamentum inter liberos nullam publicationem deſiderat. 15.n.48. Neque etiam lectionem aut relectionem illius factam non eſſe intereſt. 15.n.49
Teſtamentum ſtatim dicitur perfectum, quando teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus aliquibus explicavit. 70.n.46
Teſtamentum factum eſſe per teſtes probatur, quam primum teſtator ſuam voluntatem ultimam perfecte aperuit. 70.n.47
Teſtamentum coram duobus teſtibus, & presbytero factum, ſuſtinetur ex æquitate Canonica. 70.n.48
Teſtamentum ratione voluntatis potius perfectum, quam imperfectum præſumitur. 115.n.144
Teſtamentum inter liberos valet, quantumvis liberi valde inæqualiter in eo heredes fuerint inſtituti. 15.n.82
Teſtamentum an ſtatim dicatur perfectum, quando teſtator ſuam voluntatem, coram teſtibus aliquibus explicavit. 70.n.91
Teſtamentum in dubio præſumitur factum, jure ſingulari, & privilegio militum. 7.n.72
Teſtamentum fit de rebus propriis. 7.n.8
Teſtamentum & Codicilli, una & eadem cenſentur diſpoſitio. 9.num.7
Teſtamentum ſolennitate carens, non venit in conſiderationem. 7.nu.18.18.n.55

Teſtamen-

Teſtamentum ſeptem teſtibus, ad id rogatis ſpecialiter confici, & uno eodemque contextu conſtare debet. 18.n.44

Teſtamentum per mandatarios, ad acta delatum; jure ſubſiſtit. 70.n.21

Teſtamentum ad inſtigationem & ſuggeſtionem alterius conditum pro nullo reputatur. 21.n.54

Teſtamentum in dubio validum, perfectum, & jure confectum habetur, donec aliud in ſpecie doceatur. 70.n.75

Teſtamentum non valet ex ſolâ teſtatoris voluntate: ſed leges quoque in eo cooperari oportet. 15.n.205

Teſtamentum per ingreſſum monaſterij non rumpitur. 45 n.68

Teſtamentum eſt facti. 15.n.105

Teſtamentum eſt quid individuum, quoad ſuî formam. 15.n.125

Teſtamentum ab ultimo puncto vires ſuas capere dicitur. 15.n.126

Teſtamenti forma eſſentialis conſiſtit in puncto indiviſibili. 15.n.138

Teſtamenti perfectio ſtat in ultima ſyllaba: & quando conſtat teſtatorem nihil amplius diſponere velle. 15.n.139

Teſtamenti unius ſit contextus ſubſcriptionis & obſignationis. 18.n.47

Teſtamenti ſubſtantia eſt juris naturalis, immò divini, de quo in ore duorum teſtium, omnis conſiſtit veritas. 70.n.60

Teſtamenti pars una per aliam declaratur. 23.n.167. 75.n.18

Teſtamenti factio nullam recipit diviſionem: ſed uno contextu perficienda eſt. 15.n.124

Teſtamenti tenor ipſe, & adhibitio teſtium probanda. 15.n.109

Teſtamento imperfecto relictum etiam in judicio animæ, ſine conſcientiæ foro debetur. 70 n.65

Teſtamento non ſubſiſtente, clauſula etiam codicillaris ſubſiſtere, & ullius momenti eſſe nequit. 21.n.31

Teſtamento plus favendum eſt, quam filio exheredato. 15. nu. 35. *Quod procedit non tantum in voluntate expreſſa in teſtamento, ſed etiam in Codicillis.* 15.n.36

Teſtamento non facto, legitima, vel ejus ſupplementum non petitur, ſed integra portio, quæ unicuique ex heredibus debetur. 40. num.17

Teſtamento major fides accedit, quod vivo teſtatore, publicatum eſt. 70.n.16

Teſtamenta paterna, quomodocunque facta, valent, etiam nuda ſcriptura, ſine ſolennitate & teſtibus adhibitis. 15.n.43

Teſtamentum inter liberos in ſuo genere ſemper perfectum & ſolenne. 15.n.44

Teſtamenta inutilia, ſive nulla, abuſivè tantum dicuntur teſtamenta. 7.n.23. 18.n.58

Teſtamenta & voluntates ultimæ, ſolatium fati, alterius fatum, nuncupare ſolent. 5.n.31

Teſtamenta rarius & difficilius, quàm cætera inſtrumenta reprobantur. 15.n.25

Teſtamenta ex teſtantis, non etiam alterius arbitrio dependere debent. 21. n. 45

Teſtamenta per ipſum teſtatorem fieri, & ab illius arbitrio, non alterius pendere, neceſſe eſt. 70.n.88

Teſtamenta non valent, ſi in illis non fuerit obſervata forma, à legibus vel ſtatuto præſcripta. 18. n.54

Teſtamenta tuenda propter bonum publicum 70.n.72

Teſtamentorum verba, vulgari more accipienda & declaranda ſunt. 115.n.133

Teſtamentorum verba late ſunt accipienda: & voluntas ultima recipit interpretationem extenſivam, non reſtrictivam. 75.n.13

Teſtamentorum finis eſt, ut inde de eo, quod teſtator poſt mortem ſuam fieri vult, conſtare certò poſſit. 15. n.7. *Item, ut concordiæ heredum conſulatur, quæ facile bonorum ambitione diſſolvitur.* 15.n.8

Teſtamentorum de jure major habetur ratio, quàm cæterarum donationum, &c. 88.n.5

Teſtamentis ea interpretatio imprimis adhibenda, ut voluntati teſtatoris per omnia ſatisfiat. 15.n.29. 115.n.25

Teſtandi facultas impedita non dicitur, cum promittens alteri bona ſua, aliquid ſibi reſervat, unde teſtari poſſit. 3.n.165

Teſtandi actus ita interpretatur, ut potius valeat, quàm ut pereat. 115.n.128

Teſtandi facultas extendi potius, quàm reſtringi debet. 7.n. 59. 23 n. 47

Teſtantium judicia propter ſubtilitatem, vel inanem obſervantiam defraudari & irrita reddi non debent. 15.n.22

Teſtantium voluntates plenius ſunt interpretandæ. 26.n.4

Teſtator cenſetur magis diligere maſculos, quàm fœminas. 64. num.55

Teſtator, etiamſi non parens ſit, rebus ſuis onera, conditioneſque quas vult imponere poteſt: neque per id injuriam ullam facit liberis. 15.n.72

Teſtator juri ſe conformaſſe, præſertim in ſucceſſione deſcendentium, omninò exiſtimandum eſt. 37.n.137

Teſtatoris voluntas debet reduci, ut ſit conformis ſtatuto. 37. n. 138.

Teſtator noluiſſe dicitur, quod, cum potuiſſet, non diſpoſuit. 75. num.20

Teſtator utique expreſſiſſet, ſi voluiſſet. 75.n.21

Teſtator per longum tempus diſpoſitionem ultimæ ſuæ voluntatis, ſolenniter confectam, non mutans, in ea perſeveraſſe & cum ea mortuus eſſe præſumitur. 37.n.133

Teſtator diu poſt teſtamentum vivens, in quo ro nihil immutans, cum illo diſcedere voluiſſe, dicendum. 37.n.134

Teſtator præſumitur magis faviſſe propinquis ſuis, & iiſdem bona ſua addixiſſe, quam extraneis, cum & illi præ his diligantur. 62.n.5

Teſtator præſumitur voluiſſe gravare heredem minus, quàm fieri poſſit. 24.n.17. 75.n.25

Teſtator Pontifici ſubditus, coram duobus vel tribus teſtibus & parocho recte teſtamentum condit. 100. nu. 18. *Etiam coram duobus teſtibus, teſtamentum conditum, de jure canonico ſubſiſtit.* 100.n.19

Teſtator peſte correptus, & ſubditus Imperatori, in præſentiâ quinque teſtium recte teſtatur. 100.n.16. *At ſi eo caſu teſtator plurium, quàm duorum vel trium teſtium copiam habere non poteſt, adhuc ejus teſtamentum ſ. mum pronunciatur.* 100. num.17

Teſtator lædi & jacturam pati dicitur, ſi voluntas ejus vel in minimo non ſervetur, unde & teſtamenti nullitas cenſetur pœna teſtatoris. 15.n.37. 37.n.84. 72.n.9

Teſtator id etiam voluiſſe, & diſpoſuiſſe dicitur, quod, ſi interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet. 62.n.7

Teſtator de uſufructu formali ſenſiſſe non videtur, quando non expreſſit, quod uxor poſſit diſponere de fructibus. 75.n.6

Teſtator, quem non honoravit, ſive, cui nihil reliquit, onerare, vel obligare nequit. 75.n.26

Teſtator id voluiſſe dicitur, quod cum potuiſſet, non diſpoſuit. 24. nu.9

Teſtator non videtur receſſiſſe in Codicillis à voluntate & diſpoſitione in teſtamento facta. 9.n.9

Teſtator ſtricte loquens ſtrictè etiam intelligi debet. 115.n 106

Teſtator, quod non dixit, nec nos dicere debemus. 115.n.107

Teſtator magis præſumitur diligere filios, in portione relicta eorum patri, quàm alios. 64 n.57

Teſtator reformans relicta in teſtamento, cenſetur quoad reformata tantum mutaſſe ſuam voluntatem. 36.n.92. 37 n.46

Teſtator nomine appellativo vocans proximiorem, cenſetur id facere contemplatione familiæ, & erga agnationem ſuam. 82.n.7

Teſtator non creditur, in continenti ſe voluiſſe corrigere. 64.n.63

Teſtator quando ſeipſum declarat, alia non eſt neceſſaria interpretatio. 115.n.99.

Teſtator peſte non correptus, cum teſtium numerum in ultimâ voluntate adhibebit, quem leges exigunt. 100 n.20

Teſtator ſemper ad morem regionis, ſe conformare voluiſſe præſumitur: id quod & in paraphernalium conſtitutione obtinet. 37. nu 166

Teſtator, filias fratrum ſubſtituere volens, ſubſtitutionem illam expreſſe facit. 115.n.109

Teſtator voluntatem ſuam legibus conformaſſe, & id voluiſſe, præſumitur, quod leges requirunt. 115.n.112

Teſtatoris in diſponendo, major eſt poteſtas, quàm conſuetudinis, vel ſtatuti. 5.n.32

Teſtatoris voluntatẽ, nec Papa, vel Princeps mutare poſſũt. 37.n.142

Teſtatoris voluntas totum facit: primum locum tenet, ac in omnibus dominatur. 75.n.33
Teſtatoris voluntas legis inſtar ſervanda. 26.n.10
Teſtatoris voluntas eſt ſumma lex in decidendis controverſiis teſtamenti. 26.n.9
Teſtatoris tacita vol ntas, & affectio, anteponenda proprietati ſermonis. 64.n.54
Teſtatorem de pleno uſufructu ſenſiſſe, manifeſtiſſimè colligitur ex eo, ſi uxorem uſufructuariam onera hereditaria ſuſtineri juſſit. 75.n.24
Teſtatorem ſe declarare neceſſe eſt, quod primum teſtamentum valere nolit. 37.n.154
Teſtatorum honorare potius, quàm onerare legatarium voluiſſe, omni jure præſumitur. 48.n.6
Teſtatorem voluntates pro lege ſervari, & in terminis habilibus ſemper intelligi debent. 115.n.125
Teſtatus ut quis dicatur deceſſiſſe, oportet reipſa teſtatum eſſe. 15.n.121
Teſtamentum non dicitur quis condidiſſe, quod dixit: Volo teſtari. 15.n 122
Teſtati cauſa prævalet cauſa inteſtati. 15.n.27.24.n 22
Teſtati cauſa, ut magis favorabilis, univerſalior & potentior, trahit ad ſe cauſam inteſtati, eamque penitus infirmit. 15.n.28.24. num. 23
Teſtatio qualiſcunque inter liberos ſufficit, & ut de voluntate paterna quoquomodo conſtet. 18.n.5. 15.n.54
Teſtimonium conſanguineorum & affinium, in cauſis civilibus admittitur. 76.n.6
Teſtis unus, ut plenam probationem faciat, admittendus non eſt, etſi præclara Curia honore præfulgeat, imperatoria conſtitutione cautum eſt. 109.n.6
Teſtium plena fides minimè adhibetur. 109 n.7
Teſtes & inſtrumenta æquiparantur, parte alterâ contradicente, enim ea lem ſubjit ratio. 92.n.11. Antequam commiſſio à judice demandari queat, prius Originale Inſtrumentum obligationis edendum & recognoſcendum venit. 92.n.12
Teſtes ante litem conteſtatam non audiuntur, niſi fortè in caſibus teſtimonij ad perpetuam rei memoriam audiendi. 98. nu. 7
Teſtes duo ſufficiunt, ad legitimam voluntatis paternæ probationem. 35.n.4
Teſtes ſingulares ad probandam conſuetudinem non ſufficiunt. 88. nu. 29
Teſtes, quibus conſuetudo probatur, debent de tribus diſponere, de uſu actus, de frequentia illius actus, & de temporis diuturnitate. 88.n.30
Teſtes præſumuntur rogati, ex ſolâ ſubſcriptione, quæ fit ſciente & patiente teſtatore. 70. n. 57. Forma ſtatutaria, ut potior, ubique attendenda eſt. 70. num. 58. Oblatione ſaltem teſtamenti, abſolutiſſimum punctum teſtator impoſuit. 70. nu. 59
Teſtes quinque uno & eodem tempore teſtatori præſentes, ad probationem teſtamenti requiruntur. 70.n.82
Teſtes illi quinque deponant, teſtatorem una vice, ſimul eodemque contextu, certò nuncupaſſe heredem, & venientem ab inteſtato excluſiſſe. 70.n.83
Teſtes ſingulares non probant, etſi mille eſſent. 88.n.42
Teſtes quinque requiruntur in donatione mortis cauſa. 23.n.131
Teſtes quinque qualibet voluntate ultima requirit. 23.n.132
Teſtes non præſumuntur rogati, niſi probetur. 70.n.53
Teſtium rogatio probatur, ſi teſtator, vel alius dixerit teſtibus, quod eſſent teſtes, licet non dixerit, rogo vos. 70. n.54
Teſtium numerus, non eſt de formâ ſubſtantiali, ſed tantum accidentali teſtamenti. 70.n.44
Teſtium adhibitio, ſubſcriptio, & ſi quæ ſunt alia, ad ſolennitatem teſtamenti extrinſecam: non autem ad perfectionem voluntatis teſtantis pertinent. 70.n.45
Teſtium repetitio non eſt prohibita, ſi fiat ad finem diverſum, vel ſi varietur modus agendi. 52. n.13. Quæ limitatio adhuc inter interpretes Iuris controverſa eſt. 52.n.14. Teſtium productio, poſt publicationem teſtificatorum, ſuper eiſdem articulis, nullo jure admittitur. 52. n.10
Teſtium ſolennitates requiruntur ad evitandas fraudes, &, ne morientium voluntates ſupremæ circumveniantur. 23.n.138
Teſtium numerus ubi jure ſpeciali expreſſus non eſt, ibi duo ſufficiunt. 109.n.1
Textus generaliter, & indiſtinctè loquens, generaliter eſt intelligendus. 110.n.61
Titulum in funerandi judicio probari oportet, quia ſine titulo funerandi jus nemo poſſidere poteſt. 58.n.148
Titulum probari oportet: ſi, in caſu decimarum, jurium Epiſcopalium, Iuriſdictionis, beneficiorum, & ſimilium, adverſus eum, qui Dominus eſt, agatur. 58 n.149
Titulum dicere, ac demonſtrare non tenentur, qui in poſſeſſione, vel quaſi ſunt, ſi diu poſſederunt. 43.n.14
Titulum habens potiora jura habere intelligitur, quàm habet is, qui ſola præſcriptione nititur. 58. n. 222
Titulus juſtus in præſcriptione deſideratur. 85.n.12
Tolerabilius eſt, aliquid fruſtrà factum, quam quenquam indebitè damnum pati. 20.n.85
Toties ſecundum teſtatoris voluntatem faciendum, quoties contra leges nihil eſt futurum. 8.n.34
Tractatus in contractibus nullam inducunt obligationem, antequam illi à contrahentibus, pro perfectis & abſolutis habeantur. 15.n.144
Traditio vera eſt, quâ res corporalis mobilis, de manu in manum transfertur. 71.n.39
Traditio ficta, ſive abuſiva eſt, quâ res, quæ verè tradita non eſt, tradita eſſe fingitur, ſive, per brevem manum, ſive dato aliquo ſymbolo, rei traditionem repræſentante, ut ſi claves tradantur. 71.n.40
Traditionibus, non nudis pactis transferuntur dominia rerum. 71. n.41.106.n.13. 107.n.21
Traditio inſtrumenti eſt loco ceſſionis, immo ipſiſſima realis & pleniſſima ceſſio, idem & n.40. ſub ſi. traditur. 113. n. 9. Adeo, ut tradens inſtrumentum intelligatur tradere poſſeſſionem rei in inſtrumento comprehenſa. 113.n.10
Traditione dominium transferri eſt. 1.n.60.76 n.14
Traditione chirographi, omne ſuum jus in alium transferre, eamque obligationem de manu in manum tradere videtur. 113. n. 17
Traditione rei, quæ ſequitur contractum emtionis dominium transfertur in emtorem à venditore. 43.n.18. Etiam ſi venditio ſub pacto retrovendendi facta ſit. 43 n.19
Tralatitium, quemlibet favori ſuo pro ſe introducto renunciare poſſe: dum modo ſine præjudicio alterius fiat. 111.n.37
Tranſactio, de his tantum, de quibus convenit, interpoſita, creditur. 7.n.43
Tranſactio abſque pupilli conſenſu à tutore, decidendi ambigui negotij cauſa facta, valet. 35.n.21.57.n.59
Tranſactio non reſcinditur, etſi læſio ultra dimidium intervenerit. 35.n.19
Tranſactio, ſuper unâ re interpoſita, ad alia connexa trahitur, tametſi horum nulla fuerit facta mentio. 20.n.29
Tranſactio cum tutore uno facta, ad aliorum utilitatem in connexis, ſive in cauſâ communi trahitur. 20.n.30
Tranſactio omnis eſt ſtricti juris. 7.n.40.20.n.73.66.n.16
Tranſactio ſtrictius interpretanda, quam alij contractus omnes. 20. num. 74
Tranſactio non porrigitur ad alios, quam ad eos, cum quibus eſt tranſactum. 20.n.75
Tranſactio de certa aliqua ſpecie facta, non porrigitur ad reliquas. 20.n.76
Tranſactio ratione bonorum paternorum inita, non extenditur ad bona materna. 20.n.77
